oīm et illi dixissent aīam eē pncipiū vnū sicut illi qui dixerūt oīa eē ex aere tanq̄ ex vno pncipio dixerūt aīam eē ex aere vt oīa possz cognoscere. Alij vero posuerūt eē plura pncipia rez sicut empedocles qui posuit q̄tuor materialia pncipia scilicet terrā aquā aerē et ignē et scḋm effectiua .s. cōcordiā et discordiā et hij ponebāt aīam eē cōpositā ex pluribꝫ pncipijs vt posset oīa cognoscere quoꝝ sunt ista pncipia ¶ Deinde sequit. Dicit empedocles. Vbi exequit opiniones istoꝝ. et pmo opinōē empe. scḋo platonis ibi. Eodē aūt mō ¶ Dicit ergo pmo q̄ empedocles accepto fundamēto iā dicto scz q̄ cognitio sit p assimulationē dicit aīam eē cōpositā ex oībꝫ elemētis et pncipijs rez cognoscibiliū. dicit etiā aīam eē vnūquodqꝫ istoꝝ pncipiorū dicēs sic q̄ terra .i. p terram q̄ est de cōpositiōe aīe cognoscim9 terrā eē et ethera .i. aere qui est de cōpositione aīe cognoscim9 aerē eē. et aqua aquā et igne ignē et cōcordia cōcordiā et discordia discordiā .q.d. empe. Anima cōponit ex sex pncipijs. terra. aqua. aere. igne. cōcordia et discordia vt possit omnia cognoscere quoꝝ hec oīa sūt pncipia ¶ Quereret aliquis in quo deficiebat empe. Dicendū est q̄ in q̄tuor. Primo quidē q2 credidit pncipia corpum istoꝝ q̄ sunt q̄tuor elemēta credebāt ternari elementa totius entis qḋ tñ falsū est q2 cum credidit corp9 et iō supposito q̄ aīa esset cōposita ex talibꝫ elemētis nō ppter hoc cognosceret oīa q2 elementa corpum nō sunt elemēta totius entis imo si intellectus eēt alligatus pncipio et organo materiali nō oīa cognosceret. q2 eīm oīa cognoscit ideo cōcludit q̄ est abstractus et immixtus. Scḋo deficit hec opinio q2 faciēs mentionē de elemētis materialibꝫ nō facit mentionē de forma cū tū ppter elemēta in mixto sit forma substātialis et ideo cū forma sit magis principiū q̄ materia aīa magis deberet cōponi ex principijs formalibꝫ q̄ materialibꝫ ¶ Tercio deficit hec positio q2 nesciuit distinguere inter assimulationē realē et intencionalem licet eīm aīa ad cognoscendū indigeat assimulatione tū nō indiget assimulatione reali sed tm̄ intencionali et p cōñs nesciuerūt distinguere inter potenciā materie et intellectus. Potencia eīm materie pporcionat formis sm̄ eē quibꝫ ꝑ actū assimilat et pficit et ideo materia q̄n de potencia educit ad actū assimulatur agenti educenti eā sm̄ eē. potencia aūt intellectus pporcionat rebus tm̄ sm̄ cōceptus et intenciōes et p cōñs nō opꝫ q̄ assimuletur rebus nisi intencionaliter. Quarto deficiebat in duobus principijs effectiuis q̄ sunt cōcordia et discordia. ¶ Concordia enim dicit cōposicionem principiorum propter quam cōsistit res generata ¶ Discordia autē principiorꝫ impositionē dicit ꝓpter quā fit corruptio. Magis aūt ꝓprie fuisset dcm̄ ꝙ generans qd habet causare talem ꝯpositionem et ꝯcordiā inter principia eēt principiū effectiuū generacōis ꝙ ista cōcordia vel ꝯpositio ē hoc qꝛ ꝯposicō et ꝯcordia tenet se ex pte geniti et eodem mō discordia ex pte corrupti. Dcm̄ sequitur. Eodem modo. Ubi ponit opinionē platonis sequendo eandem radicem quā sequebatur Emp̄. scꝫ ꝙ anima ꝯponit ex principijs si debꝫ cognoscere qꝛ cognitio fit ꝑ assimilationē. hāc autē ꝯpositionem ꝙ anima ex principijs ꝯstituitur deducebat et manifestabat plato. tribꝫ modis. secundus modus ōndit ibi Sic autem tercius ibi. Adhuc autē et taliter Primus modus talis fuit. Intellectus assimilatur intelligibili ergo ex eisdē principijs ⁊ elementis ꝯponitur res extra ⁊ intellectꝰ et hoc est qd dicit lr̄a. Eodem aūt mō et plato in thimeo facit. i. cōponit animā ex elementis sicut Emp̄. licet nō poneret eadem elemēta cū illo. dicebat eīm simile cognosci per simile qꝛ similitudo est ꝓpter principia rerꝫ ita ꝙ si anima debet cognoscere omnia ꝯstat ex principijs omniū. Quereret aliquis q̄ sunt ista p̄ncipia ex quibꝫ res ꝯponebātur ṡm platonē in thimeo. Dicendū est ꝙ ista principia sunt idem et diuersum siue ptibile vel imptibile. Ratio autē horꝫ principiorꝫ ē quia omnis alia natura a p̄mo principio est ens et qꝛ ens ⁊ vnū ꝯtitutur ideo oīs natura est vna. Uñ docemus. Omne qd est ideo est quia vnū nūo est. si aūt est vna sequit ꝙ indiuisa qꝛ vnū ē indiuisū in se et diuisum ab omni alio. Ex hoc sequit ꝙ oīs natura alia a p̄mo continet rationē indiuisi et vnīꝰ ⁊ id bñ dixit plato ꝙ in oī natura alia a p̄mo est vnīꝰ ⁊ eiusdē. Est etiā in eisdē ratio diuersi cuiꝰ causa est qꝛ vnū dicit multis modis Est eī vnū simplicitate qd excludit oēm diuersitatē et tale vnū solū est in p̄mo p̄ncipio. secundo est vnū quod nō omnino excludit diuersitatē principiorꝫ essencialiū sicut materie et forme. Et similiter est vnū ꝯtinuitate qd nō excludit ptes in ꝯtinuo. Et similiter vnū specie qd nō excludit genꝰ ⁊ drām et sic de alijs ꝯpositionibꝫ. Et qꝛ in oī creatura est aliqua ꝯpositio siue ex potencia ⁊ actu siue ex eēncia et esse siue ex materia et forma siue ex ptibꝫ quātitatiuis. Uñ dcm̄ est a platone ꝙ in omni creato cū ratione vnīꝰ est ratio diuersi. Secūdo quereret aliquis. Utrꝫ aīa ꝯponat ex eodem ⁊ diuerso. Ad hoc pōt respondere ex verbis Augustini septimo de trinitate capitulo quarto ꝙ in anima saluatur ratio vnius et simplicis ⁊ eiusdem. Nam ipsa anima simplicior corpore est quia non mole diffunditur per spatium loci: sed etiam in vnoquoqꝫ corpore et in toto corpore eſt tota aia et in qualibet pte tota ꝓpter ergo ſui ſpũalitatẽ et ſimplicitatẽ eſt in ea tanta vni9 ⁊ toci9. Eſt enim in ea tanta ꝓbabilis ⁊ diuerſi. cui9 racõ eſt ſm eũdẽ Aug. qr nõ eſt idẽ in aia eẽ mẽtis ⁊ eẽ actio ⁊ ideo eſt ibi cõpoſitio ex ſubõ ⁊ accñte Poſſum9 eciã dicere ꝙ nõ eſt idẽ aiam ⁊ eẽ intellectũ qr aia dr totũ potenciale. intellectus aũt dr ps hui9 toci9 ⁊ iõ cũ vnitate toci9 potencialis ſtat diuiſitas pciũ potẽcialiũ ex quo ꝑz ꝙ i aia ẽt ſimul idẽ ⁊ diuiſum ¶ Tercio quereret aliquis vtrũ ex hoc ꝙ in rebꝫ vel in aia eſt idẽ ⁊ diuiſum vt declaratũ ẽ poſſet argui ꝙ res eẽ vel aia ꝯponatur ex numeris. vñ ꝙ ſic. qr nũqꝫ ꝯponeretur aia ex eſſencia ⁊ potẽcia vel ex ſubõ ⁊ accñte niſi eẽt ꝯpoſicio inter ꝑncipia cõponẽtia. Omnis aũt ꝯpoſicio ꝗ eſt in re numerata vñ oritur a ꝯpoſicõe ꝗ eſt in nũis ¶ Ad oppoſitũ qr res mathematice nõ ſunt ꝑncipia rerũ naturaliũ ¶ Dicendũ eſt ꝙ ai na ꝯſtituitur magis ex nũis nũatis ꝗ ex nũis formalibꝫ. Nũus eñ formalis aiam nõ ꝯſtituit ſed magis ꝯpoſicõ ꝑncipiorũ realiũ ſicut ꝯpoſicio aie ad ſuas potẽcias vel ꝯpoſicio vni9 potẽcie ad aliã vel ꝯpoſicõ aie viuificantis ad corp9 viuificabile. talia enim dicũt aliquẽ numerũ qui idẽ eſt ꝙ res nũata ¶ Ad argumentũ dicendũ eſt ꝙ ꝑncipia ꝯponencia rem et ꝯſtituencia exiſtũt ſub ꝯpoſicõe nũali. ſed tñ nõ ꝯſtituũt rem ſcḋm ꝙ nũata ſunt. hoc enĩ accidit ſcḋm ꝙ ſunt ꝯnaturalia tali generi. ꝑnis ꝯnaturale eſt aie ꝯponi ex eſſẽcia et potẽcia ⁊ iõ licet iſte nũs numeratus includat racionẽ nũi tñ non ꝯſtituit ꝓpter racionẽ nũi ſed magis ꝓpter ꝯnaturalitatẽ principiorum ¶ De ſcḋo ſequitur. Similiter autem . vbi ſeducitur opinio platonis ꝑ aliũ modũ ¶ Ad euidenciã aũt hui9 ſunt tria fundamẽta declaranda ¶ Primũ eſt ꝙ ois res corpea includit tres dimenſiones tm̃ ſcꝫ longũ latũ et ꝓfundũ. nec eſt dare quartã dimenſionẽ ⁊ hoc ꝓbatũ eſt primo celi ⁊ mundi qr nõ eſt ymaginabile ꝙ aliqua dimẽſio que nõ ſit aliqua triũ. ¶ Corpus aũt includendo tres dimẽſiones includit punctũ ex cuius fluxu ſit prima dimenſio ſcꝫ linea et longitudo qm̃ linea ꝯſtituitur in eſſe ex fluxu puncti mouentis ⁊ quia omnis fluxus videtur eſſe ab vno in vnũ ideo linea recta terminatur ꝑ duo puncta ¶ Secundũ fundamentũ eſt qḋ omne ꝑncipiãs aliquã formalitatẽ ſuo modo ꝯponitur ex participãte et forma participata eo modo quo ymaginamur ꝙ humanitas eſt forma participata ab vno homine et ideo in hoc homine ſicut in ſorte eſt cõpoſitio ex participante et participato ſiue ꝑ alio ideo ex ſuppoſito ⁊ natura ſiue ex quod eſt et quo eſt. hanc ergo formalitatem ſorte vocauit plato ydeam et nõ ſicut aliqui imponũt ſibi ſcʒ ꝙ ydea eſt aliquid ꝑ ſe ſubſiſtens. qꝛ nichil exiſtit in effcū niſi indiuiduū ꝑticipans formalitatem. Ex iſto ſecūdo fundamēto orit̃ terciū ſcʒ ꝙ pūctus ꝑticipat vnitatē ſicut formalitatē ⁊ ydeā oim̄ vnoꝝ nā pūctus nō eſt oīs vnitas ſed eſt vnitas poſita in ꝯtinuo. Vn̄ primo poſterioꝝ. pūctus eſt ſubā poſita. linea autē ꝑticipat ydeā ⁊ formalitatem dualitatis qꝛ linea eſt extenſio de puncto ad punctū. Vnde dualitas punctoꝝ in tali ꝯtinuo ꝑticipante videtur idem eſſe quod linea. ſuꝑficies autē ꝑticipat ydeam ⁊ formalitatē pluralitatis qꝛ nunꝙ̄ eſt dare ſuꝑficiem rectilineam niſi ſit dare terciū punctū. Vnde ⁊ triangul9 eſt prima figura rectilinea. vnde et trinitas in tali ꝯtinuo facit ſuꝑficiem. Corpus autē ꝑticipat formalitatē et ydeam quaternarij nā ſi volumus ſignare corp9 nō ſufficiūt tria puncta facientia ſuꝑficiem trilaterā ſed oportet ſignare quartū punctū et fiet piramis ita ꝙ piramis eſt primū corpoꝝ angulariū. Ex iſtis trib3 fundamentis arguitur ſic. Corpus ſenſibile ſiue aīal ꝯſtituit̃ ex puncto longitudine latitudine et ꝓfundo vt dicit primū fundamentū et maxime ſcḋm illos qui nō ponūt niſi ꝯpoſitiōnem quātitatiuā ſed punctus ꝑticipat vnitatē longitudo dualitatem. latitudo trinitatē. ꝓfundū quaternitatē vt pʒ ꝑ ſecundū ⁊ terciū fundamentū ergo corpus ſiue aīal ꝯſtituitur ex ydea. i. ex formalitate vnius quātū ad punctū ⁊ dualitatis quātum ad lineam ⁊ trinitatis ꝙ̄tū ad ſuꝑficiē ⁊ q̄ternitatis quātum ad ꝓfundū Ex quo ſequitur ꝙ aīa ꝯponatur ex vnitate dualitate et trinitate ⁊ quaternitate qꝛ ꝓpter aſſimilationē ex eiſdē ꝯponitur aīa et ſenſibilia que cognoſcūtur. Hijs ꝑlibatis pʒ lrā que dicit ꝙ ſimiliter determinatū eſt a platone in hijs que dicta ſunt de phia ſcʒ naturali animā ſcʒ eſſe cōpoſitam ex principijs aīi9 racō eſt qꝛ ponebat ipſam animā eſſe cōſtitutam ex ipſa ydea. i. formalitate vnius ꝙ̄tum ad punctū et ex ꝑma longitudine. i. ex ydea ⁊ formalitate longitudinis que eſt dualitas ⁊ hoc quo ad lineā et ex ꝑma latitudine. i. ex ydea ⁊ formalitate latitudinis que eſt trinitas et hoc quo ad ſuꝑficiem et ex ꝑma altitudine. i. ex ydea et formalitate corporis et ꝓfundi q̄ eſt quaternitas. Aliorū aūt eraū dixit plato alia eē ſuctia. Suppleat̃ lrā. ſi animal ita componatur ex talib3 elemētis oportʒ etiā ꝙ anima ita componat̃ vt ergo anima cognoſcat omnia et habeat ſimilitudinem cū omnib9 dixit plato eā ꝯſtare ex omnib3 ſiue ex elemētis. i. principijs oim̄ ¶ Quereret aliquis. Vtrum formalitas longitudinis bene dicitur ꝑma longitudo ⁊ ſicut queritur de longitudine ita poteſt queri de omni alia Videtur ꝙ nō qꝛ illud qḋ eſt ꝑmū alio p̄cedit illud quo eſt prius ſed eſſentia nõ p̄cedit illud qđ eſt eſſentia ergo ⁊c. ¶ Ad oppoſitū eſt dictū platonis. Dicendū eſt q̄ ſuppoſito q̄ ydea rei dicatur formalitas eius principata a diuerſis dico q̄ talis formalitas habet rationē prioris reſpectu illius cuius eſt formalitas hec tñ prioritas nõ eſt ſm rationē exiſtentie quaſi formalitas p ſe exiſtat ſicut quidā imponūt platoni ſed magis ſm quoſdā eſt ſm rationē eſſentie qđ eē eſſentie precedit eſſe exiſtentie. ſm alios eſt ſm p̄ceſſionē conceptus. eſſentia eñi et formalitas rei q̄ntū ad conceptū ⁊ eſſentialia ſua nõ dependet ab aliquo poſteriorꝫ. Unde ⁊ plato vocauit ydeam hois p ſe hõ q̄ſi nõ claudat neceſſitatē et eſſentialia hois. quodlibꝫ autē principaliū hanc formalitatē eſt quid compoſitū reſpectu formalitatis et ſic prima longitudo vel latitudo et ſic de aliis p̄t dici prima formalitas que habet rationē cuiuſdā primi reſpcū oīm poſteriorꝫ. ¶ Ad argumētū p̄t dici q̄ nõ p̄cedit ſm eſſe exiſtentie ſed ſm eē eſſentie vt dicūt aliqui vel magis ſm eſſe conceptus ¶ Deinde ſequitur. Adhuc autē. Ubi ponitur tercius modus oſtendendi q̄ oīa componūtur ex elementis ⁊ maxime ex nūis ⁊ p̄t eſſe ratiõ platonis. Anima ⁊ res extra ⁊ habitus conſtituūtur ex nūis ergo ⁊ oīa In hac ratiõe ſupponit philoſophus dictū a platone in p̄cedenti ratiõe q̄ res componūtur ex numeris. probat autē in hac ratiõe de habitibꝫ ſcꝫ de intellectu ſciencia opinione et ſenſu nam quicquid cognoſcitur aliquo iſtorum videtur cognoſci. hoc eſt ergo quod dicit lr̃a. ¶ Adhuc autē et aliter. manifeſtatur dictum platonis dicit eñi intellectum eſſe vnū cuius ratio eſt qꝛ intellectus eſt principiorꝫ que nõ ſciūtur p diſcurſum dicit eñi ſcienciam eē duo. i. conuenire dualitatem cuius ratio eſt qꝛ ſciencia eſt ſingulariter ab vno medio ad vnū. i. ad vnā concluſionem. Opinionē autē dicit hēre numerū plani. i. ſuperficiei qui eſt numerus ternarius cuius ratio eſt qꝛ opinio eſt ab vno medio ad vnam concluſionē cū formidine alterius. ſenſum vero dicit habere eum numerū qui eſt ſterni id eſt corporis qui eſt numerus quaternarius et hoc qꝛ ſenſus eſt corporꝫ extra ex quo ſequitur q̄ hij numeri ſcilicet. vnitas. dualitas. trinitas. q̄ternitas. ſunt ſpecies et principia entium ut dictum eſt ſupra ſunt etiam hij numeri ex elementis id eſt de numero elementorum reſpectu habituum et anime. nam alie res iudicantur per intellectum alie per ſcienciam alie per opinionem alie per ſenſum vt autem dictum eſt intellectui attribuitur vnitas ſciencie dualitas opinioni trinitas ſed ſenſui quaternitas. hij etiam numeri non ſolum habituū ſed rerū ſunt ſpecies et elementa et per conſequens anime.

QVomā aūt

Scdm ꝯmentatorē secte eoꝝ qui laborauerūt diffiniēdo aiam fuerūt tres. Quidā eīm tenebant eā ex motu. quidā ex sensu. quidam ex vtroqꝫ. Postq̄ ergo dictū est de pma secta et secūda. hic dr̄ de tercia et diuidit̄ hec ps in tres ptes qꝛ pmo ondītur quō quidā tenebāt aiam ex sensu et motu. secūdo ondītur quō phi differebant in ponendo pncipia aie ibi Differūt āt. tercio ondit̄ quō iste opiones antiquoꝝ de aia nō oino fuerūt irracionabiles ibi Consequenter āt. scdm eīm cōmentatorē ibi incipit phus ꝯmendare sentētias antiquorum.

¶ Quantū ad pmū dt phus q̄ quidā arbitrantes q̄ ꝓpriū aīe eēt motiuū ꝛ cognoscitiuū ꝯplexi sunt diffinitionē aie ex vtroqꝫ. i. ex aliquo qd̄ indicat eā eē motiuā et ex aliquo qd̄ indicat eā eē cognoscitiuā. dixerūt eīm aiaꝫ eē nūm seipm mouentē vt ex pmo indicet̄ esse cognoscitiua nā nūi scdm platonē sunt pncipia oim entiū. et ideo aiam posuit eē numeꝝ. i. eē ꝯpositam ex nūis ꝛ hoc vt posset omnia cognoscere qꝛ principia reꝝ sunt pncipia aie. Ex secūdo āt ꝓpendit̄ qd̄ est motiua qm̄ dr̄ seipm mouētem ¶ Quereret aliquis quia de nūo dem est sup̄ vtꝝ aia ꝯsistit ī moueri videt̄ q̄ sic. qꝛ eē aie ē eē vitale. vita eīm videt̄ eē mot⁹ aie Preterea intelligere et velle vident̄ eē quidā motus quibꝫ mouet̄ se aia dō ē ad pmū q̄ viuē ē eē nā scdo huiꝰ dr̄ q̄ viuere viuentibꝫ est eē. Esse āt reꝝ pmanētiū nō est [illegible] moueri in fluxu sed hūt tem suā p motū quietis et hitus.

¶ Ad secūdū rndet Themistius q̄ dr̄a est int̄ opacōꝫ ꝛ motū. vna aūt dr̄a scdm eū est qꝛ opacō sicut visio et intelligēcia scdm vnāquāqꝫ ptē temporis in qua sit est pfecta. motus āt semp aliud ꝛ aliud ē assumens puta aliā substanciā si est motus scdm substāciā vel aliū locū si ē motus scdm locū ꝛ sic de aliis motibꝫ. Alia dr̄a ē qꝛ motus ē act⁹ imꝑfecti. Opacō āt ē act⁹ pfecti Intelligere ergo et velle magis dicūt̄ opacōes q̄ mot⁹ ¶ Deinde sequit̄ Differūt āt. vbi ondit q̄ phi differebāt in pncipiis. vñ drūt āt de pncipiis q̄. s. drūt quo ad substanciā pncipioꝝ ꝛ quot. i. etiam drūt quo ad numeꝝ. Deīn sequitur. Maxie āt. vbi ondit̄ de differencia quo ad sbām. vñ dr̄ maxie autē q̄tū ad sbām pncipioꝝ differebāt sicut pncipia corporea sicut Empedocles qui posuit q̄tuor principia materialia ab incorporeis id est ab illis qui ponunt principia incorporea. sicut platonis qui posuerunt principia reꝝ numeros ¶ Differūt etiam ab hiis qui sunt miscentes corporea incorporeis et enumerantes principia rerum ab vtrisqꝫ scilicet tam corporeis q̄m incorporeis. sicut

Anaxagoras qui poſuit intellectū tā̄ p̄ principiū incorporale et partes cōſimiles tanq̄ principia corporalia. ¶ Deinde ſequit̄ Dicit aūt Vbi agit̄ de dīa philoſophoꝝ quātū ad num principioꝝ. Vn̄ dī ꝙ phi dicūt circa multitudinē principioꝝ hij qui dem poſuerūt tm̄ vnū principiū oīm hij āt plures ¶ Deinde ſequit̄. Cōſequēter autē Vbi oſtendit̄ ꝙ opiniones iā dicte nō oīno fuerūt irrationabiles ⁊ p̄mo q̄tū ad illos qui tenebātur animā p motū. ſcđo q̄tū ad illos qui tenebātur animā p cognitionē et ſenſum ibi Differūt autē oēs. Prima in duas q2 primo facit qđ dcm̄ eſt. ſcđo opinionibꝫ iam dictis annectit q̄ſdam alias ibi. Videt̄ autē. Prima in duas q2 primo ponit intentū ſuū. ſcđo ꝓbat illud indubitāda in oībus opinionibus ibi. Vnde quibuſdā. Dicit ergo ꝙ ſic ſe habuerūt phi circa principia aſſignāt animā cōſequēter habens ſcꝫ principijs .q.d. ſicut ſe habuerūt differēter circa principia ita circa animā. Motiuū eīm qđ quidam exiſtimabant ꝓpriū anime exiſtimauerūt cōueniēter anime ſm̄ naturā primoꝝ principioꝝ et hoc nō irrationabiliter. Cōueniunt. Intentio phi eſt demonſtrare ꝙ antiqui in hoc cōuenierunt ꝙ anima eſt ex principijs p motū nō irrationabiliter dixerūt ⁊ p eundē incipit laudare ſic eos ex hoc ꝙ cōſecuti ſunt principia ſua ¶ Deinde ſequit̄. Vnde quibuſdā. Vbi manifeſtat qđ dicit ⁊ p̄mo in opinione democriti. ſecūdo in opinione Anaxag. ibi Anaxagoras āt. Prima in duas q2 ſicut dictū eſt ꝙ democritus dicit animā eē ignem et ꝙ eſt corpa indiuiſibilia ideo p̄mo ōndit ꝙ principiū nō fuit ſine ratiōe. ſecūdo ōndit idē de ſecundo ibi. Democritus āt ¶ Quātū ad p̄mū dī ꝙ quibuſdā viſum ē animā eē ignē ſimpl̄ et nō irrōnabilit̄ etenī hic ſcꝫ ignis reſpectu aliorū corpoꝝ eſt in partibꝫ ſubtiliſſimꝰ reſpectu etiā alioꝝ elementoꝝ ē magis incorporeꝰ idē etiam ignis ē maxime mobilis et mouet alia elemēta p̄mo .q.d. phūs allegāo rōnē hoꝝ. qđ de nūo elementoꝝ eſt magis ſubtile et magis incorporeū et magis mobile mouens alia maxie accedit ad naturā aīe q2 aīa de natura ſua videt̄ ſpūalis et incorporea ⁊ mouēs corpꝰ ignis eſt huiꝰ ergo ⁊c. ¶ Quereret aliq̄s. vtrū eē ſubtile maxie cōueniat igni videt̄ ꝙ nō ſecūdo de generatiōe dī ꝙ ſubtile ē humidi ⁊ duꝝ ē ſicci ignis āt nō ē humidꝰ ¶ Ad oppoſitū ē lr̄a. Dicēdū ē ꝙ ſubtile p̄t dici qđ ē maxie raꝝ ⁊ diaphonū inter corpa elemētaria ⁊ hoc mō cōuenit igni. Alio modo ſubtile dī qđ habet inclinatiōnē replendi corpus ſibi ꝓximū et ſubintrandi illud et hoc modo ſubtile dicitur eſſe humidi et durum ſicci. quia humidum eſt male terminabile termino ꝓprio et bene alieno. ſiccū āt econuerſo ¶ Deinde quereret aliquis vtrū ignis inter alia corpa dicat̃ magis incorporeus videt̃ ꝙ nõ qꝛ qd̃ hꝫ maiores dimẽsiones plus hꝫ de corporeitate ignis inter oīa elemẽta hꝫ maiores dimensiones ergo ⁊c. ¶ Ad oppositū est lr̃a. Dicendū est ꝙ illd̃ elementū dr̃ ceteris magis incorporeū qd̃ est ceteris formaliꝰ ignis aūt est hmõdi qꝛ q̃nto elemẽtū est supiꝰ tanto formalius qꝛ plus hꝫ de forma ⁊ minꝰ de materia ¶ Nã i vno pugillo terre plꝰ est de materia q̃ȝ in vno aque ⁊ in vno aque q̃ȝ in vno aeris ⁊ sic ascendendo ignis ergo nõ est formalius oībȝ corporibȝ qꝛ celū eo est formalius sed tm̄ respectu elemẽtorū ¶ Ad argumentū pȝ licet em̄ ignis habeat maiores dimẽsiones tñ hꝫ minꝰ de materia ⁊ plus de forma nã raritas hec ⁊ extensio dimensionū attestãtur formalitati.

¶ Notandū est ꝙ elementū formaliꝰ videt̃ eẽ ceteris magis actiuū ⁊ magis mouẽs alia ⁊ qꝛ ignis inter cetera est formalius. et ideo dr̃ in lr̃a ꝙ pmo agit et mouet nõ respctu oim corpm qꝛ celū ẽ pmo actiuū inter corpa sed respectu ceteroꝝ elemẽtoꝝ ¶ Deinde sequit̃. Democritus aūt. vbi phūs ondit ꝙ democritus aliquã racõȝ habuit qñ dixit aīam eẽ pncipia indiuisibilia ⁊ ꝯsequẽter obseruauit aīam inẽ pncipia. dicit ergo ꝙ democritus aulaꝰ aliꝭ dixit .i. racõnabilius enũciãs vtrũqȝ istoꝝ . pmo quidẽ aīaȝ ⁊ intellcm̄ eẽ idẽ secũdo aūt istd̃. s. intellcm̄ eẽ pmorū ⁊ indiuisibiliū corpm. ꝓpt racõ aūt eiꝰ fuit ꝙ aīe ꝯuenit eẽ motiuū. hoc aūt bñ hẽtur ꝑ corpa indiuisibilia sperica nã moueri maxie ꝯuenit hꝭ corporibȝ tū ꝓpt subtilitatẽ partiū quaꝝ ẽ maxie subintrare tum ꝓpter figurã spicã q̃ inter ceteras figuras ẽ mobilissima. ex hmõi aūt corporibȝ indiuisibilibȝ dt democritus eẽ intellcm̄ et ignẽ ¶ Deiñ sequitur Anax. aūt. Vbi ponit opī. anaxagore ⁊ ꝯtinuat sic lr̃a ꝙ anax. minꝰ certificauit q̃ȝ democritꝰ. aliqñ em̄ videtur dcẽre aīam ⁊ intellectū eẽ alteꝝ sic dcm̄ ẽ pꝰ. Aliqñ aūt vult vtrūqȝ. s. aīa ⁊ intellcm̄ tãq̃ȝ vna nã. Quãtū tñ ad aliqd vĩ dixisse rõnabilit̃ dt em̄ intellectū eẽ pncipiū. ipm eciã solū int̃ ea q̃ sunt dt eẽ simplicẽ ⁊ inmixtū ⁊ purū. Assignt eciã vtrūqȝ. s. cognoscere ⁊ mouere intellcm̄ qꝛ eiꝰ ẽ cognoscere oẽ ⁊ mouere oẽ ¶ Quãreret aliqs vtꝝ Anax. dixit rõnabiliꝰ aliꝭ dicẽdū ẽ ꝙ sic qꝛ aliꝭ ex hoc ꝙ aīa cognoscebat oīa dicebãt eẽ ꝯpositã ex oībȝ. Anax. aūt dixit ꝙ ẽ dipurata ab oībȝ ⁊ hoc ẽ magis vicinū sentẽcie Aristotilis qui posuit intellcm̄ eẽ inmixtū qꝛ ẽ oīa fieri ⁊ oīa facere. ¶ Secũdo q̃reret aliquis quõ attribuit̃ ista tria intellcũ. s. eẽ simplicẽ inmixtū et puꝝ. Dicẽdū ẽ ꝙ Anax. intellexerũt de intellcũ dñio cuiꝰ ẽ oīa cognoscere ⁊ oīa facere patens est sententia sua. qꝫ vt dcm̄ ē q̄ vt iste intellcūs possꝫ oīa facere nō dꝫ esse arctatus ad aliqđ gen⁹ entiū sꝫ dꝫ ꝯhr̄e in se ꝑfectiōes oīm generꝝ ⁊ iō .v. methaphiē dt ꝯmētatos ꝙ ens pmū ē ꝑfectū ꝑfectiōe oīm gen⁹ sic aūt intellexerit Anax. de intellcū vero tūc talis intellcūs dr̄ eē simplex in ꝑētiā nō distēditur magnitudine sꝫ eleuatur sup oēm naturam corpeā. immixt⁹ aūt ingētū nō ē alligat⁹ organo corpeo. purus aūt ingētū capit essentias rerum n purus abstrahendo eas a materia. dicitur autē n omnia cognoscere ingētum est omnia fieri quantum ad intellectū possibilē. oia aūt mouē ingētū oia facere ꝯpatū ad intellcm̄ agentē at se. xpa

Videtur aūt

Postq̄ phūs posuit opiones Democriti ⁊ Anax. in pte ista annectit eis alias opiones ⁊ pmo opiones illoꝝ qui magis rōnabilr̄ locuti sunt. secūdo opionē magis rudiū ⁊ magis irrōnabilr̄ loquentiū ibi. Magis aūt rudiū. Prīa in quatuor ꝑ ꝗtuor opiones. secūda ibi. Diogenes aūt. tercia ibi Eraclit⁹ aūt. qrta ibi Hil'ē aūt. Circa euidentiā pme opi. notādū ē ꝙ tales fuit vn⁹ de vij. sapiētibꝫ apđ grecos ⁊ cū oēs alij occuparentur circa moralia hic sol⁹ dedit se inquisitiōi naturaliū ⁊ sic dꝫ pmo methaphiē ipse posuit ꝙ aq̄ eēt pncipiū oīm qꝫ sꝑia oīm aīaliū hūida sunt Postea aūt nō sequitur⁹ opi. sīa dicit aīaꝫ nō eē aquā sꝫ magis dicit animā eē illđ qđ hꝫ virtutē motiuā sicut ē ipsa virtus motiua ⁊ in hoc conueniebat cū Anax. qui posuit intellectū mouē oia. hoc viso pꝫ lr̄a q̄ dt ꝙ tales sm̄ ea q̄ rememorscimur .i. sm̄ ꝙ recordamur ex dcis suis. videtur opinari aīam eē aliqđ motiuū ⁊ iō dicit lapidē qui attrahit ferrū sicut magnetē vel adamātē hre aīaꝫ qꝫ mouet ferrū ad seipm. Et nota ꝙ iste deprehendebatur quia supposito ꝙ aīma sit virtus motiua tn̄ nō sequitur ꝙ oīs virtus motiua sit aīa sicut virtus motiua lapidis. Deinde sequitur. Diogenes aūt. Vbi ponitur secūda opio. Fundabatur aūt hec opio sup duo fundamēta. Primū erat ꝙ aīa eēt motiua et cognitiua ⁊ iō dꝫ ꝯponi ex talibꝫ pncipijs q̄ darēt sibi motionē et cognitionē. secūdū fundamētū erat ꝙ aer erat sicut pncipiū oīm qꝫ oīa sunt ex aere. aer aūt ē elemētū mobilissimū et subtilissimū ex hoc sequitur ꝙ aīa est aer qui quidē ꝓpē sui pmitatē dat cognitionē qꝫ aīa ꝑ aerē assimilatur oībꝫ cū ipse sit pncipiū omniū. ꝓpter subtilitatem autem dat anime motionem. hoc viso patet litteram que dicit ꝙ Diogenes sicut ⁊ quidā alij credebat animam pre motū et cognitionem. fuit enim opinans animam esse hunc aerem quem dicebat esse subtilissimum ⁊ primum aliorum principium ⁊ ex hoc ꝙ primū esse poterat aīa cognoſcere oīa q2 ſ. erat ex ṗncipio oīm. Scḋo uo qḋ erat ſubtiliſſimū erat motiū ⁊ per ɔñs aīa erat ītus motiua ¶ Deinde ſequit̄ eraclitus āt vbi ponit̄ tercia op̄. q̄ quidē opio fundabat̄ ſup duo fundamēta. Primū eſt ꝙ ſi aīa dz eē ex aliquo elemēto materiali dz eē ex illo qḋ eſt magis elōgatū a ɔtrarietate ¶ Tale āt nō eſt elementū extremū ſed magis mediū q2 media magis recedūt a ɔtrarietate ꝙ̄ extrema. Tale eñ elementū ē vapor qui ē medi9 inē aquā ⁊ aerē et ideo aīa vapor ē ¶ Scḋm fundamentū ē ꝙ cognicō fit p aſſimulacōē ¶ Entia āt q̄ cognoſcūt̄ ſm eraclitū ſūt in ɔtinuo motu ⁊ iō dz eē ex aliquo qḋ ſit nobiliſſimū tale āt ē vapor quicquidē ē multū recedens a corporeitate ⁊ a quiete ⁊ hoc ē qḋ dt̄ l'ra q2 eraclitus poſuit aīam eē id qḋ ē ṗncipiū oīm .ſ. vaporē ¶ Ex hoc ei vapore ɔſtituitur aq̄ ⁊ eciā aīam c9tacō ē q2 vapor ē quid incorporaliſſimū ⁊ fluēs ſemp ⁊ iō aīa p illud aſſimulat̄ reb2 q̄ cognoſcūtur. qḋ eñ mouet̄ moto .i. p rem mobilē cognoſcit̄. Eraclitus āt putauit ſic et multi alij ꝙ oīa q̄ ſunt ⁊ cognoſcunt̄ ſunt i motu ⁊ fluxu ¶ Deinde ſequit̄. Similiter aūt vbi ponit̄ q̄rta op̄. Aſſimulat̄ āt hec op̄. p̄cedentib2 q2 dt̄ aīaz ſemp moueri ſic p̄dcēs dēt āt ab eis q2 p̄dcēs op̄. poſuerūt aīam de natura elemētoꝝ hec āt de natura diuinoꝝ ⁊ ideo dixerūt eā eē immortalem ⁊ ſemp moueri q2 ſi nō moueret̄ ſemp nō ſemp moueret̄ q2 opinabātur ꝙ aīa mouens eſſet moueretur ¶ Si aūt ceſſaret motus eius ceſſaret motus alioꝝ ceſſante ṗmo ceſſant agencia ſcḋa ⁊ forte iſta op̄. loquebatur de aīa mūdi ⁊ vniuerſi hoc viſo patz l'ra q̄ dt̄ ꝙ almeon viſus ē opinari de aīa ſimilr̄ ſic p̄dcēs et hoc quo ad motū dicit eñ ipſam aīam eſſe immortalē q2 aſſimulatur diis immortalib2. hec āt immortalitas in eſt celo q2 ſemp mouetur ſic ſol et luna et ſtelle et totū celū ¶ Deinde ſequitur Magis autē vbi ponuntur opiones magis rudes ⁊ pmo ponitur hec op̄. ſecūdo remouetur quoddā dubiū ibi. Oia enim elementa ¶ Prima in duas ſcḋm op̄. duas ſecūda ibi Alij aūt Ponitur ergo vna op̄. que fundatur ſup duo fundamenta et eſt anima dt̄ eſſe illius nature cui9 eſt ſemē quod eſt principium omniū aīalium ſed ſemen eſt nature humide et aquee. ergo anima eſt de natura aque. Fundamentū autem nō cognoſcit quia anima eſt natura formalis et non materialis ſicut aer et aqua hec viſo patet littera que dicit ꝙ quidam de rudioribus ſicut ypō enunciauerunt animam eſſe aquam idest de natura aque ſumentes argumentum ex genitura idest ex ſemine ex quo generantur animalia quod quidē eſt humidū ꝛ aqueū. vn̄ et iſti ex fundamento ſuo redarguebāt illos qui dicebāt aiam eē ſanguinē ꝓpt᷒ ꝙ geniturā ſiue ſemē quā dicebāt eē aiam primā .i. ꝓncipaliter nō eſt ſanguis ſꝫ magis aq̄. ¶ Quereret aliquis utrū rez ſit qd̄ eſt ſuppoſitū in deſtructione fundamēti h᷒ opinionis ſcꝫ ꝙ aia nō eſt natura materialis. videt̄ ꝙ nō qꝛ ſi aliqua paſſio aīe recipiatur in duobꝫ opꝫ ꝙ recipiatur ꝑ aliquā tām cōm. ſed utraꝗ formas cōuenit materie ꝛ forme .i. aie ergo ꝑ tām cōm. ſed hec nō eſt niſi materiale ꝓncipiū ergo ꝛc. ¶ Ad oppoſitū aia eſt actus ut dicet̄ in ſcd̄o. ¶ Dicendū eſt ꝙ licet materia recipiat ꝛ aia tn̄ nō uniformiter. Poſſibia eīm materie ꝓportionat̄ formis ꝑticularibꝫ ſui eſſe. Poſſibia āt intellectus ꝓportionat̄ formis uniuerſalib᷒ ꝑ intentionē et qꝛ utrūꝗ nō eſt uniforme iō ꝓncipiū qd̄ eſt cauſa receptiōis nō eſt uni᷒ rationis et iō licꝫ intellectus poſſibilis aſſimilet̄ materie tn̄ nō eſt materia. Vnde unitas int̄ intellectū ꝛ materiā nō eſt unitas uniuocationis ſed tn̄ unitas ꝓportiōis qꝛ ſicut ſe hꝫ materia ad formas ſenſibiles in ſuo modo ſic hꝫ intellectus poſſibilis ad formas intelligibiles. ¶ Deinde ſequit̄ Alij aūt. Vbi ponit̄ ultima opinio et eſt ꝙ quidā ſicut Critias dixerūt animā eſſe ſanguinē hui᷒ ratio eſt qꝛ ſentire ē magis ꝓpriū aie ꝙ aliqua alia paſſio. ſentire aūt ineſt aie ꝓpt̄ ſanguinē vn̄ ꝛ ptes aialis carētes ſanguine ſicut ſūt capilli ꝛ vngues nō ſentiūt. ¶ Deīn ſequitur Oia eīm elementa. Vbi remouet quoddā dubiū. poſſꝫ eīm aliquis dubitare ꝛ dīce quare nō eſt narrata opio illoꝝ qui poſuerūt aiam eſſe terrā. ¶ Ad hoc dicit phūs ꝙ oīa elementa acceperūt iudicē ꝑter terrā .i. oīa elementa iudicata ſunt eē aia ab antiquis ꝑter terrā. hanc ei nulli antiquoꝝ retulerūt eē elementū aie niſi forte aliquis diceret aiam eē cōpoſitā ex oībꝫ elementis. ſicut empedocles. ¶ Quereret aliquis quare de terra nemo accepit iudiciū ut ſit elementū aie. Dicendū ē ꝙ forte iō fuit qꝛ uita maxime cōſiſtit in calido et humido quoꝝ neutrū ē i terra. Quādā tn̄ phūs recitans ſicut .xi. metaphyſice ꝑ tranſlationē cōmētatoris dicit ꝙ terra erat ꝓncipiū oīm. ſꝫ tn̄ ſic dt̄ cōmentator iſte fuit famoſus in legibꝫ nō eō ꝓ[illegible]9 nature philoſophos ꝛc.

Diffiniūt āt

Poſtꝙ oñdit phūs ꝙ anūtes aiaꝝ ꝑ motū ſūt i irrōnabilit̄ dixerūt hic oñdit hoc idē de illis q̄ acceperūt eā ꝑ cognitionē et ſenſū. ad c᷒ euidētiā notādū ē ꝙ ipē rōnabilit̄ dt̄ q̄ dcā ſua eliciūt ex ꝓncipijs datis ꝛ ideo phūs dt̄ iſtos rōnabilit̄ dixiſſe ꝛ ſi nō dīa qꝛ i dādo nāz aie ſerant ſunt ꝓncipia ſua ꝛ ex nā ꝓncipioꝝ acceperūt paſſiones aie ſic motū ꝛ ſenſum

¶ Dividitur aūt hec lr̄a in duas ptes ſm ꝯm̄ q: primo oſtēdit ꝙ oia dicta de aīa ſunt reducta ad principia. Secūdo hic ſpecialiter oſtendit de cognicōne que eſt unū de nūo appropriatoꝝ aie ibi. Unde in cognoſcendo ¶ Quantū ad primū dicitur ꝙ antiqui uniuerſaliter in diffiniendo aiam et in cognoſcendo ſuā ſubſtanciā ꝛ reduūt tribus vijs ſcʒ motu cognitiōe ꝛ ſenſu et in unaquaqʒ iſtaꝝ viaꝝ inducebantur ad hoc opinandum nā ex principijs. Unde unūqʒqʒ iſtoꝝ ſcʒ motū cognitionē et incorporeū ad principia reducebant. q. arguēres ꝙ ꝛ unūquodqʒ iſtoꝝ ineſt aie p naturā principij. ¶ Quereret aliquis utꝝ antiqui exiſtimauerunt animā de nūo incorporeoꝝ. videtur ꝙ nō quia cōiter. q. oēs poſuerūt animā de nūo elementorū ſicut aerem vel aquā vel ignē elementa autē ſunt corpa. ¶ Dicēdum eſt ſm veritatem aia eſt de nūo incorporeoꝝ et maxime quo ad intellectū. ¶ Ad hoc eſt ratio quia q̄ nulla potencia que ſit corpus vel virtus in corpe eſt oia fieri. Intellectus autē poſſibilis eſt omnia fieri ex quo ſequit ꝙ nec eſt corpus nec virtus in corpe. hec autē racio melius declarabit in tercio hu9 ſcience. ¶ Preterea quid quid eſt p ſe in corpe eſt p ſe quātitatē habens vel p accidēs forme aūt que ſūt in intellectu cognoſcente ſimplices ſunt omnino nullius quātitatis ex quo ſequitur ꝙ intellectus nō ē ſubſtācia corporea ¶ Ad argumentū dicendū eſt ꝙ licet antiqui dixerūt aiam diffiniri p incorpeū definebant tn̄ quoniam incorpeū dicebant corpus rarū qđ non eſt bene manifeſtū tactui vel viſui ¶ Deinde ſequitur. Unde in cognoſcendo ubi oſtendit ꝙ accipientes aiam penes cognitionē dixerūt conſona ſuis principijs reduxerūt eīn aiam in elementa vt poſſet cognoſcere res quaꝝ ſunt elementa. Et primo phūs recitat ꝓpoſitū ſuū inducendo ſubſtanciam principioꝝ. Secūdo nāin ibi Deinde quicumqʒ. Tercio contrarietatē ibi Quicūqʒ autē ¶ Quātū ad primū continuat ſic lr̄a ita dictū eſt ꝙ antiqui retulerūt motū cognitionē et corporeū ad principia hoc autē maxime patet de cognitione quia diffinientes ipſam aiam in cognoſcendo. i. penes cognitionem faciūt eam elemētū aut ex elementis dicētes ſimiliter ad inuicem. i. uniformiter ſcʒ ꝙ aia eſt ex elemētis p̄ter unū ſcʒ anaxagoram. Dicūt eīn iſti ſimile cognoſci p ſimile et quia anima omnia cognoſcit ideo cōponitur ex principijs omnium ¶ Notandū eſt ſcdm ꝯmentatorē ꝙ aiam cōponi ex principijs omnium ſequitur illos ꝓpter tres ꝓpoſitiones quas opinabantur quaꝝ una eſt ꝙ omnis res cognoſcitur p ſuū ſimile. ¶ Secunda eſt ꝙ res nō cognoſcit niſi p ſua ꝑncipia. tertia est ꝙ aia oia cognoscit. Ex hijs tribꝫ sequit aiaꝫ eē oia ꝑncipia vel ex ꝑncipijs omnibꝫ ¶ Deinde sequit Deinde quiatū qꝫ. Ubi postq̄ ostēsum est ꝙ aia in cognoscēdo reducit in ꝑncipia quo ad substantiā ꝑncipioꝝ hic ostēdit ꝙ eadē reducit in numeꝝ ꝑncipiorum ⁊ ꝑmo hoc facit secūdo recitat opinionē Anaxagore ibi. Anaxagoras. ¶ Quātū ad primū dicit ꝙ quicūqꝫ dicūt vnā cāꝫ aut vnū elementū eoꝝ que sunt ꝑncipia. ignē aut aerem ponūt aiam eē illud vnū vt possit cognoscere res q̄rum est elementū. qꝛ cognitio fit ꝑ assimulationē. et ꝓpter eandem cām quicūqꝫ ponūt plura principia dicūt aiaꝫ eē illa plura ¶ Deinde sequit Anaxagoras āt. Ubi excipit opinionē Anaxagore ab opinionibꝫ istoꝝ. dicebant eñ isti ꝙ aia ꝑ cognitionē assimilat rebꝫ eē ita ꝙ quasi vna forma cōis est rebꝫ ⁊ aie. Anaxagoras autē dixit ꝙ intellectus nichil hꝫ cōmune cū rebꝫ eē. Unde ⁊ cōmentator. Solus Anaxagoras dixit ꝙ intellectus nō recipit passionē. i. nō ē materialis et ꝙ in nullo hꝫ cōmunicationē cū aliquo ita ꝙ sit eis cōmunis aliqua forma cū intellectꝰ nō sit hoc neqꝫ in hoc. i. nō est corpus neqꝫ virtus in corpe ⁊ hoc nullus dixit nisi Anaxagoras et similit laudabit phūs Anaxagorā post. hoc viso pꝫ lr̄a qua dicitur ꝙ solꝰ Anaxagoras dixit intellectū esse impassibilem passione. s. que competit materie. dixit eñ ꝙ intellectus nichil cōmune hꝫ cū alijs elementis corꝑalibꝫ qꝛ simplex est abstractus et immixtus. licet āt ita dixerit nō tñ complete dixit de intellectu. q̄uis enim intellectus sit hmōi. s. impassibilis et abstractus nichil hñs cōe tñ nō dixit Anaxagoras quomō cognoscit intellectꝰ ⁊ ꝑ quā cām. ex hijs eñ que dixit nō dedit cām cognitōis ¶ Quereret aliquis quō Anaxagoras nō dedit cām cognitionis et modum. ¶ Dicendū est ꝙ oīs cognitio fit ꝑ actuatiōꝫ intellectus oꝫ ad hoc eñ ꝙ si intellectus dꝫ aliq̄ cognoscere ꝙ aliquo mō hoc fiat ꝑ assimilationē realē sicut dixerūt aliqui antiquoꝝ. hoc autē nō dixit Anaxagoras et ideo insufficienter dixit. Unde cōmentator nō dixit Anaxagoras Utrū intellectus intelligat ꝑ ꝙ est in actu an ꝑm ꝙ est in potentia neqꝫ ꝑdixit ꝓpter quā cāꝫ intelligit res que nō sunt intellectus in actu. i. ꝑ quē modū intellecta in potentia fiūt intellecta in actu ita ꝙ vnū fiat ex intellectu ⁊ intelligibili. Alio mō posset ostendi Anaxagorā defecisse sic. certū est ꝙ hic intellectus est vniuersalis ⁊ cōmunis respectu omniū intelligibiliū nichil hñs cōmune cū aliquo intelligibili et hoc bene dixit anaxagoras sed ꝓpter quā cām ex hac luce cōmuni sequitur determinata cognitio huꝰ vel illiꝰ cognoscibilis hoc autē nō dixit· et ideo inſufficienter· ꝯmunis eñ cauſa nō videt̃ dare niſi ꝯmunē effectū et ideo lux cōmunis non videtur ſufficere ad determinatam cognitionem niſi aliquid concurrat· de hoc in tercio dicetur ¶ Deinde ſequit̃ Quicunqȝ autē: Ubi poſtq̄ manifeſtauit ꝙ antiqui opinabantur de anima ſm principia et q̄ntum ad ſubſtanciā et numeꝝ principioꝝ· hic oſtēdit ꝙ idem opinabantur illi qui ponebāt principia ꝯtraria· Unde dicitur ꝙ quicunqȝ faciūt ꝯtrarietatē in principijs ⁊ animā ꝯponūt ex ꝯtrarijs et quicūqȝ ꝯponūt alteꝝ ꝯtrarioꝝ putā calidū aut frigidum aut aliquid aliud eſſe principiū oim̄ ⁊ aimā dicunt eſſe illud vnū ⁊ ꝯſequēter nominant aiam ab illo· quicūqȝ eñ ponūt calidū eſſe principiū dicunt animā eſſe vitā q2 vita cōſiſtit in calido ⁊ ꝓpter calidū dicuntur viuere aialia· Qui vero dicūt principiū eſſe calidū et frigidū eo ꝙ ꝓpter reſpirationē attrahit̃ frigus vt temperetur calor cordis in quo eſt ſedes vite· et animā ita vocauerūt ſcȝ reſpirationē et refrigerationē· Ultimo ph's epilogat circa determinata dicens ꝙ hec tradita ſunt ab antiquis de anima· Cauſe autē ꝓpter quas ſic opinati ſūt dicte ſunt·

Conſiderandū autē

In pte iſta poſtq̄ poſita ſunt opiniones antiquoꝝ· hic incipit ph's eas deſtruere ⁊ hec ē tercia ps hui9 libri ſm ꝯmentatorē· prima eñ eſt in ꝓlogo ſcḋa ē in numerando opiniones antiquoꝝ· tercia eſt in ꝯtradicendo eis· Diuiditur autē hec ps in tres ptes q2 primo ꝯtradicitur illis qui acceperūt animā ex motu· ſecūdo illis qui acceperūt eā ex motu ⁊ cognitione ponentes ꝙ anima eſt nūs ſe mouēs ibi· Multū autē· tercio hijs qui acceperūt eā ex cognitione ibi· Tribus autē modis traditis· Prima in duas q2 primo ponit ph's intētū ſuū· ſecundo exequitur ibi· Quo quidem igitur ¶ Quātū ad primū dicit ph's ꝙ ꝯſiderandū eſt pmo de motu· i· vtrum bene dixerīt illi qui acceperūt animā ex motu· Fortaſſis eñ nō ſolum falſum eſt ſubām anime eē motū ſicut dixerunt illi ꝙ anima eſt ſeipām mouēs vel poſſiue mouetur ita ꝙ motus eſt in diffinitione ſua ſed etiā vnū de nūo impoſſibiliū eſt aie inē motū p ſe ita ꝙ ipā p ſe moueat̃ ſicut aliqd mobile cuius tñ eēncia nō eſt motus· hoc eñ debet oſtendi ſcȝ ꝙ aia nō mouet̃· Notandū eſt ꝙ motus nō pt eſſe de ſubſtancia aie· ſi eñ ſic eſſet non ſaluaretur ineſſe nec conſtitueretur niſi p motū et p cōſequēs ſua eſſencia eſſȝ in fieri que non eſſet ſubtracto motu ſicut tentus quia eſt acc motus nō eſt ſubtracto motu et hoc eſt impoſſibile in anima quia ipſa anima nec eſt mobilis nec motus est actus eius. qꝛ motus sicut dr iij. phisicoꝝ ē actus imꝑfectissima autē esset ↄīa si nō solū motus esset eius act⁹ sȝ etiā includeret eius diffinitionē.

Deinde sequit͛ ¶ Cū quidē igitur Ubi phūs exequit͛ intentū suum Ubi notandū ꝙ antiq̄ui phi monē suā .s. ꝙ aīa diffinitur ex motu fortificauerūt ꝑ vnū principiū eē scȝ ꝙ oē mouēs moueṫ. et ideo phūs ꝑmo agit de hoc ꝑncipio secūdo de positione in se ibi Duplicater enī moueṫ Primo ergo agitur de ꝑncipio vbi dicit phūs ꝙ ꝑncipiū eoꝝ erat falsum. Nō enī ē necesse ꝙ oē mouēs moueat sicut demōstratū est prius. scȝm viij. phisicoꝝ vbi ꝓbatū est ꝙ est deuenire ad motorē qui nō moueṫ ¶ Notandū est ꝙ hanc ꝓpositionē scȝ ꝙ oē mouēs moueṫ. improbat Themiste⁹ sic Si enī oē mouēs mouetur aut a seipso aut ab alio non ab alio ꝗ sic fieret ꝓcessus in infinitū. Si aūt a seipso aut scȝm aliquid ipsius mouet et scȝm aliud moueṫ quod ꝑ se mobile poniṫ aut scȝm idē mouet et moueṫ si scȝm alterū se. vnde ꝙ illud alteꝝ ita mouet ꝙ nō moueṫ et alteꝝ ita est motū ꝙ nō mouet quod ipsi nō ↄcedūt scȝ ꝙ aliquid sit mouēs tm̄ et motū tm̄. si autē scȝm idē mouet et moueṫ sequitur ꝙ idem scȝm idē alterabit et alterabiṫ docet et doceb͛iṫ ¶ Preterea mouēs scȝm ꝙ mouēs est in actu et mobile scȝm ꝙ mobile est in potentia. Si ergo idem scȝm se totū moueṫ a seipso simul vnū erit in potentia et in actu ita ꝙ simul erit calidum et minime calidū et simul intelliget et nō intelliget. hec autē oīa elaborata sunt in phisicis ¶ Deīn sequiṫ Dupliciṫ enī Ubi destruit positionē in se et duo facit qꝛ ꝑmo destruit positionē in genere. secūdo descēdit ad positiones in speciali ibi Cum aūt et mouere. ꝑma in duas qꝛ ꝑmo p̄mittit quandā diuisionē vtilē ad ꝓpositū. secūdo improbat positionē ibi ¶ Quatuor aūt ꝑma in duas qꝛ p̄mittit ꝑmo diuisionē. secūdo ↄtinuat se ad dicēda ibi. Duplicater aūt. Primo ergo ponitur diuisionē. Unde dr ꝙ oē quod moueṫ dupliciṫ moueṫ aut enī mouetur scȝm alterū .i. ꝑ accn̄s aut scȝm seipm̄. scȝm autē alteꝝ dicim⁹ illud moueri quod moueṫ ex hoc ꝙ est in illo quod moueṫ ꝑ se. sicut nauta mouetur ad motū nauis. Nō enī similiter mouetur nauta et nauis qꝛ nauis mouetur ꝑ se. nauta aūt moueṫ ex hoc ꝙ est in naui. hoc aūt manifestum est in partibꝫ. nam ꝓprius motus pedū est ambulatio que est hominum qui mouenṫ mediantibus pedibus. hec autem scȝ ambulatio non est in nautis dum sunt in naui quasi diceret si nauta moueretur per se ambularet motu pedum. sed nō ambulat ex quo sequitur ꝙ nō moueṫ ꝑ se ¶ Notandū est scȝm ↄmentatorē ꝙ illud quod dicitur motum ex eo ꝙ est im alio eſt duobꝫ modis quoꝝ vnꝰ eſt quo eſt poſſibile vt tale moueatur ꝑ ſe ſicut natura mouetur ad motū nauis ⁊ eciā p̄t moueri ꝑ ſe Secūdus modus ē quo impoſſibile eſt vt tale moueatur ꝑ ſe ſicut altero mouet᷑ ad motū corꝑis albi ⁊ nō p̄t ꝑ ſe moueri. ¶ Deīn ſequit᷑ Dupliciter aūt. hic ꝯtinuat ſe ad dicenda dicens ꝙ dicto motu duobꝫ modis ſcꝫ ꝑ ſe ⁊ ꝑ accñs. nūc intendimus nō de motu ꝑ accñs ſed vtꝝ anima moueat᷑ ⁊ ꝓpter motū ꝑ ſeipſaʒ ſicut poſuerūt antiqui

¶ Deinde ſequit᷑. quatuor autem Vbi ꝓbat ꝙ aīa nō mouet᷑ ꝑ ſe et diuidit᷑ in ſex ꝑtes ſm ſex ratiōes quas adducit. ſecunda ibi ¶ Amplius autē ſi natura mouet᷑. tercia ibi ¶ Amplius autē ſiquidē. quarta ibi ¶ Dm̄ autē videt᷑. quinta ibi ¶ Motu autē. vltima ibi. ¶ At vero. Prima in duas qꝛ p̄mo ponit ratiōnē ſuā ſecūdo manifeſtat quoddā ſuppoſitū ibi. Si autē eſt ¶ Quātū ad p̄mū notandū ſm ꝯmentatorē ꝙ rō phi fundat᷑ ſuꝑ tres ꝓpoſitiones q̄rū p̄ma eſt ꝙ motus ſunt tres in genere ſcꝫ loci mutatio alteratio et motus in quātitate qui ſi ſubdiuidat᷑ ſūt quatuor modis large. ſ. loci mutatio. alteratio. augmentū et decrementū ¶ Quātū ad iſtā ꝓpoſitionē dt phūs. quatuor aūt motus cū ſint loci mutationis. alterationis augmenti et decrementi. ſecūda ꝓpoſitio eſt ꝙ ſi aīa ꝑ ſe ⁊ naturaliter moueat᷑ mouetur aliquo iſtoꝝ motuū ſcꝫ vno vel pluribus vel omnibꝫ et q̄tū ad ꝓpoſitionē dicit phūs. aut ſm vnū hoꝝ mouebitur ſcꝫ anima aut ſm plures aut ſm oēs tercia ꝓpoſitio ē ꝙ ſi moueat᷑ aliquo iſtoꝝ motuū erit in loco ⁊ ꝑ ꝯñs erit corpꝰ qđ eſt impoſſibile. q̄tum ad iſtam ꝓpoſitionem dicit phūs. Si vero mouetur anima nō ſm accñs natura inerit ei motus. i. ꝑ ſe et ꝑ ꝯſequens locus qꝛ oēs motus p̄dicti ſunt in loco Eſt ergo ratō phi in breui talis. qđ ꝑ ſe mouet᷑ mouet᷑ aliquo iſtoꝝ motuum. ſcꝫ loci mutationis alterationis augmenti aut decrementi et tale eſt in loco et per conſequens eſt corpus ſed anima non eſt corpus ergo ⁊c.

¶ Contra iſtam rationem obicitur. quia dicit ꝙ oēs dicti motus ſunt in loco quod quidem videtur eē verum de motu locali quia ꝑ mutationem localem acquiritur nouus locus ⁊ de motu augmenti et decrementi vbi acquiritur maior vel minor locus ſed de motu alterationis non videtur verum. Dicendum eſt ſm aliquos ꝙ conſequencia ſic tenet ꝙ motus illi ſunt in loco quia corpus quod mouetur localiter vel alteratur vel decreſcit vel augmentatur eſt in loco et hanc rationem Commentator in principia commenti dicit cum ꝯiunxerimus huic quod dictū eſt a philoſopho ꝙ omne motum aliquo iſtorum motuum eſt corpus vt declaratū eſt

vi. phiſicoꝝ ↄcludeť ꝙ ſi aīa mouetur eſt corpus ⁊ in loco cū oīe corpus ſit in loco. Contra iſtam rationē poteſt obici ſicut obicit idē ↄmētator: quia nō dixit phūs oīa mota p̄dictis motibꝫ ſint in loco ſed dixit oēs p̄dicti motus ſunt in loco et ideo aliter rn̄deť ꝙ alteratio nō eſt ſm̄ locū ſed eſt in loco quia in alteratione oportet ꝙ ſit approꝓpinquatio alterantis ad alteratū que appropinquatio fit ꝑ motū localē. Vel dicendū eſt ꝙ phūs loquiť de alteratione phiſica q̄ fit ꝑ qualitates actiuas ⁊ paſſiuas. Qualitates autē actiue et paſſiue diſſoluūt ⁊ conſtringūt ꝑtes materie quas mouent ⁊ hec diſſolucō et ↄſtrictio nō ſunt ſine motu locali ꝑtiū quo adinuicē accedunt in locū maiorem qū diſſoluitur.

¶ Deinde ſequiť. Si autē. Vbi manifeſtat quoddā quod dixit. dixerat eīm ꝙ ſi aīa moueť ꝑ ſe et non ꝑ accn̄s erit in loco per ſe hoc manifeſtat. s. ꝙ nō moueť ꝑ accidens nō ↄpareret ꝙ eēt in loco ꝑ ſe et hoc eſt qđ dicit. Si aūt ſubācie. i. ſubſtancialis diffinitio aīe eſt mouere ſeip̄am moueri ineriť ipſi ꝑ ſe et ꝑ ↄñs locus et nō ſm̄ accn̄s ſicut eſt in albo et tricubito ſcꝫ ꝙ mouētur et locantur ꝑ accidens. hec eīm mouētur quia corpꝰ in quo ſunt mouetur. vnū non eſt locus ipſorum per accidens. anime autem eſt locus per ſe quia naturaliter et per ſe participat motum

¶ Deinde ſequitur Amplius autem. Vbi ponitur ſecunda ratio q̄ ſm̄ ↄmentatorem fundatur ſuꝑ duos ſillogiſmos yppoteticos. Primus talis eſt ſi anima moueť naturaliter mouetur et violenter ſꝫ non mouetur violenter ergo nec naturaliter. q̄tum ad iſtum ſillogiſmū dicit lr̄a. Amplius autem ſi anima mouetur natura et violētia et econuerſo. ſi violencia moueť ⁊ natura. ſecundus ſillogiſmꝰ ypoteticus eſt talis ſi anima mouetur naturaliter quieſcit naturaliter. et ſi quieſcit naturaliter quieſcit violenter ſed nō quieſcit violēter ergo nō quieſcit naturaliter et ſi nō quieſcit naturaliter nō moueť naturaliter q̄tum ad iſtum ſillogiſmū dicit lr̄a. Eodem autē modo ſe habet de quiete. i. ꝑ quietem p̄t ꝓbari ꝙ anima nō mouetur naturaliter. in hoc loco aliquid quieſcit. natura. i. naturaliter. in quē mouetur natura ſicut graue quieſcit in centro et mouetur naturaliter ad centꝝ. in hoc etiā loco aliquid quieſcit violencia in quē mouetur violenter ſicut graue quieſcit violenter ſurſum et ibidē mouetur violenter. anime autem nō eſt aſſignare motum violentū nec quietem violentam et per conſequens nec motum naturalem. et hoc eſt quod ſequiť Quales ſunt motus violenti anime vel quietes nō eſt facile fingere. quaſi diceret non ſolum hoc non poteſt dici per veritatem ſed etiam hoc eſt difficile ſignare per ſigmentū. Themiſte⁹ Corpus poteſt moueri violenter non anima niſi forte dicatur aīa moueri violenter vt eſt p accidens inq̄ntum ſcʒ corpus mouetur violenter ſed motus ꝓprius anime ē p deſiderium ꝛ appetitum ſm quē motū non mouetur violenter. Sʒ in verbis etiam phi primo eſt dubium. quia celum mouetur naturaliter et tamen nō mouetur violēter ergo falſum eſt ꝙ omne motū naturaliter mouet̾ violenter. Ad hoc dicunt aliqui ꝙ licet ꝓpoſitio nō ſit vera in ſe tamen eſt vera ſ̄ poſitionem antiquoꝝ qui poſuerūt ꝙ nullum corpus mouetur naturaliter niſi quatuor elementa non ponebant etiā animā niſi de natura elementorum. Contra hanc ſolutionem obiicitur quia Almeon vt dictum eſt ſupra poſuit animam đ natura corporis quinti. Alio modo dicunt alij ꝙ phūs intelligit tātum de motibus qui habent quietem oppoſitam quibus motibꝫ mouentur omnia inferiora tam animata q̄ inanimata. Omnia enim animata vel mouentur motu progreſſiuo vel motu dilatationis et ꝯſtrictionis et omnia talia aliquādo mouentur et aliquando quieſcunt. vel dicendum eſt ꝙ philoſophꝰ ſequitur in ratione ſecunda illud quod a pluribus ponitur. a pluribus autem antiquis poſitum eſt ꝙ aīa eſt de natura elementoꝝ. licet Almeon videatur ab hoc deuiaſſe in elementum eſt dare motum naturalem et violentum. quia ſicut dicit ꝯmentator. Motus violentus dicit̾ reſpectu naturalis quia illud mouetur violenter quod deuiat a natura et ideo verificatur iſta ꝓpoſitio quod ſcʒ mouet̾ violēter debet moueri naturaliter. verificatur etiā ꝯuerſa quia in elemento ē aliquis locus naturalis ꝛ aliquis innaturalis et ideo ſi poteſt moueri elementum naturaliter ad vnū locū pt̄ moueri violenter ad aliū. nō ſic autē eſt de illo quod mouet̾ circulariter ſicut de ſole quia omnes ſitus circuli ſūt ſibi naturales nec etiā eſt maior ratio ꝙ quieſcat in vno q̄ in alio et ideo ſemp mouet̾ ſine quiete oppoſita. Deinde ſequitur. Amplius autem. Vbi ponitur tercia ratio ꝛ eſt talis. ꝙ ſi anima mouet̾ naturaliter vel mouet̾ ſurſum ꝛ tūc eſt ignis. qꝛ oē qđ mouet̾ ſurſū vel ē ignis vel dn̄atur in eo ignis. vel mouet̾ aīa deorſum ꝛ tūc eſt terra qꝛ oē qđ mouet̾ deorſum vel eſt terra vel in eo dn̄atur terra ſicut in mixtis motꝰ enī ſurſum ꝛ deorſum ſunt motus hoꝝ corpoꝝ ſcʒ ignis et terre. Eadē autē ratio poſſet fieri de elementis medijs. qꝛ ſicut dicit ꝯmētator ſi aīa mouetur medio modo eſt alteꝝ duoꝝ corpoꝝ medioꝝ ſcʒ aer et aqua. Notandū eſt ꝙ philoſophus ſm ꝯmētatorē tenuit impoſſibile quod ſequitur. i. ponētes ꝙ anima ſit aliqđ iſtoꝝ elementoꝝ ⁊ hoc quia de ſe eſt manifeſtum. ſi eñ anima eſt ignis aut aliquod aliorum elementorum eſt anima in corpore violenter. Preterea ſi eſt aliquod horum elementoꝝ nõ debet moueri in corpe niſi vno motu naturali ſcꝫ ſuperius aut inferius ſm naturam elementi in quo eſt. nos autem videmus eam moueri motibus oppoſitis. mouet eñ corpus ſm diuerſas differentias poſitionis. ¶ Deinde ſequit. Quoniam autem. Ubi ponitur quarta ratio que fundatur ſup tres ꝓpoſitiones. Prima eſt ꝙ ſi aĩa mouet corpus quia mouetur. rationabile videtur ꝙ moueat corp⁹ hiis motibus quibus ipſa mouetur. et hoc eſt qđ dicit lr̃a. Quoniã autẽ anima videtur mouere corpus rationabile eſt ipſam moīe hiis motibus quibus et ipſa mouetur. Secunda ꝓpoſitio eſt cõuerſa huius ſcꝫ ꝙ anima mouetur hiis motibꝫ quibus mouetur corpus que quidem eſt vera ſi prima fuit vera qꝛ ſi anima mouet corpus hiis motibus quibus ipſa mouetur mouebitur ⁊ ipſa illo motu quo mouetur corpus et quantum ad iſtam ꝓpoſitionem dicit lr̃a. ſi autem hoc. ſi prima ꝓpoſitio ſit vera et cõuertentibus erit verum dicere ꝙ ipſa aĩa mouetur eo motu quo corpus. Ipſa eñ dat corpori motum non omnem ſed ſimilem illi quo ipſa mouetur ſequitur ꝙ mouetur tali motu q̃li mouetur corpus. Tertia ꝓpoſitio eſt concluſio intenta. ſi enim anima mouetur motu corporis arguitur ſic. corpus mouetur de loco ad locum ergo a ſimili anima poterit moueri de corpore i corp⁹ quod quidem videtur impoſſibile qꝛ tũc exiẽs de corpe poterit iterũ ingredi et tunc reſurrectio erit naturalis. quantum ad iſtam ꝓpoſitionem dicit lr̃a. corpus autẽ mouetur ſm loci mutationem ergo ⁊ anima mutabitur ſm ꝙ mutatur corpus et ꝑ cõſequẽs poterit trãſferri ſm totum vel ſm ꝑtes quod eſt impoſſibile quia ſi transferret ſm totum contingeret ipſam exeuntem ingredi iterum et ſic ſequit reſurrectio. ¶ Quereret aliquis Utrum verbũ dictum ſit verum ſcꝫ ꝙ quando aliquid mouet ꝙ eodem motu moueatur quo mouetur mobile. Videtur ꝙ nõ quia aĩa mouet corpus localiter ipſa aũt mouetur ꝑ appetitũ et deſideriũ. Preterea lapis calefactus localit mouet paleam et tamen ipſa nõ mouetur localiter. Preterea ſol mouet ſurſum vapores motu recto et tñ ipſe nõ mouet motu rcõ. ¶ Ad primũ argumẽtũ euidet Themiſt⁹ qꝛ appetere ⁊ velle ⁊ huiõi nõ ſut motus aĩe ſꝫ operationes. Mot⁹ aũt et operatio diffẽt qꝛ mot⁹ eſt actus imꝑfectus operatio aũt ẽ act⁹ ꝑfectus. Conſideratur tñ ad illa q̃ obiciuntur euidet ꝙ ꝓpoſitio de ſe nõ ẽ vera. ſ. ꝙ mouens moueat ſꝫ illo motu quo mouetur mobile. sed est vera ſm ſermonē aduerſarij ita ꝙ nō verificat᷑ dem̄ niſi ɔcedat᷑. p̄ma ꝓpoſitio a qua incepit loqui ph̄us ſcʒ ꝙ aīa mouet corpus ſm ꝙ mouet᷑ qua cōceſſa ſequit᷑ ɔuerſa eius neceſſario et eſt ꝙ oīm motu quo mouet᷑ corpus neceſſe eſt vt aīa moueatur. ¶ Deinde ſequit᷑. Motu aūt. Ubi ponit᷑ quinta ratio ⁊ eſt talis qd̄ ſm ſe ineſt alicui nō eſt neceſſariū ꝙ ei inſit ab alio vel ſm aliud niſi forte ſm accn̄s. Si ergo aīa mouet p ſe non eſt neceſſe ꝙ moueat᷑ p ſe ab alio. ſʒ mouet᷑ a ſenſibilibʒ ergo nō mouet ſe. ¶ Ad declarationem huius rationis ph̄us adducit tres ꝓpoſitiones. p̄ma eſt ꝙ anima p̄t moueri per accn̄s ab alio ſcʒ ad motū animalis qd̄ violenter depellitur ⁊ ꝗtum ad oīa ⁊ hoc ſi ab altero moueatur. depellitur eīm animal violentia. ad cuius ſcʒ motum mouet᷑ aīa Cōmentator ſequens hāc ꝓpoſitionē dicit ꝙ Ariſtotiles incepit declarare ꝙ poſſibile ē immo forte neceſſariū ꝙ aīa mouet᷑ accidentali ē cū talis motus nō ſit niſi p motū rei in qua eſt et hoc accidit ei cū corpus in quo eſt moueatur violenter ab alio extrinſeco. Secūda ꝓpoſitio eſt ꝙ nō eſt neceſſariū ꝙ illud quod moueatur p ſuā ſubſtantiam moueatur p aliud. Unde Cōmentator cū dedit ph̄us pro poſſibili motū huius motus ſcʒ accidentalis declarauit ꝙ nō debet eſſe neceſſariū vt illud quod mouetur p ſuam ſubſtantiā moueat᷑ p aliud ⁊ ideo dt l̄ra. nō opʒ hoc ab alio moueri niſi forte ſm accn̄s cui ineſt moueri a ſua ſubſtantia ſicut non eſt neceſſe ꝙ illud quod eſt p ſe bonum ⁊ appetibile ſit appetibile ꝓpter aliud ⁊ cauſa alterius qz ſi eēt appetibile ꝓpter aliud iam nō eēt bonum ꝓpter ſe ſed ratione alterius. tertia ꝓpoſitio eſt ꝙ aīa mouetur a ſenſibilibʒ et ꝗtum ad iſtā ꝓpoſitionem dicit l̄ra ꝙ maxime aliquis dicit animam moueri a ſenſibilibus ſi mouetur Cōmentator tamē hanc ꝓpoſitionem taliter inducit. cum eīm ph̄us dedit impoſſibilitatē dicēti ꝙ anima mouet᷑ motu locali ⁊ ꝙ p ſe mouet᷑ eo motu quo mouet. In parte iſta dicit ꝙ ſermo magis ſufficiēs eſt dicere ꝙ anima mouetur in genere motus quē habet in ſenſibilibʒ. ſenſus eīm licʒ moueat᷑ a ſenſibilibʒ tamen exiſtimatur mouere ⁊ moueri. q. d. commentator Si dicat᷑ ꝙ aīa nō mouet niſi ſm ꝙ mouetur magis hoc verificatur de motu quē hʒ anima a ſenſibilibus quia tali motu mouet ⁊ mouetur de motu locali. Utrū autem ſenſus ſit actiuus ſicut dicit cōmentator habet aliam difficultatem. ¶ Deinde ſequitur. Quare omnis motus. Ubi ponit᷑ ſexta ratio ⁊ eſt talis. Omnis motus ē diſtantia quedā quia motus facit diſtare rem ſicut qd̄ mouetur localiter incipit diſtare a loco ī quo erat et hoc verificatur in oīm motu ſm modum motus ſicut motus localis facit diſtare in loco et motus in quantitate a quantitate ex hoc ſequitur ꝙ anima diſtabit a ſecunda ſubſtantia ſi moueatur ſm ſepſam ita ꝙ motus ſit ſm ſubſtantiam niſi forte moueatur ſm accñs tūc enī nō ſequeretur ꝯcluſio ſed ſic nō poſuerunt eam antiqui moueri ſed magis dicerunt ꝙ motus eſt ipſius anime ſubſtantie ꝑ ſe. Notandū eſt ꝙ ſm commentatorem phũ / ad ſui ꝓbationē adducit duas ꝓpoſitiones ex prima ꝯcludit ꝓpoſitū ſuum que eſt ꝙ omīs motus eſt tranſmutatio moti in modo ſue ſubſtantie ſm ꝙ eſt motus et ideo ſi anima moueatur ſubſtantialiter tranſmutatur a ſua ſubſtã. ¶ Secūda ꝓpoſitio eſt ꝙ hec debet intelligi ſcʒ ꝙ motus facit diſtare a ſubſtantia anime niſi motus ſit de ꝯſequentibꝫ ſubſtantiã tūc enī facit diſtare ab accñte ꝛ nō a ſubſtãtia ꝛc.

Quidam aut̄

Poſtꝗ̃ improbauit opiniones illorum qui diffiniebãt animã ꝑ motū in generali. hic in ſpeciali deſcēdit ad opiniones et duo facit quia primo ꝑtractat tres opiniones in ſpeciali. ſecũdo mouet quandã dubitationem ꝛ eã ſoluit ibi. Rationabilis autē. Prima in tres. quia primo ꝑtractat opinionē democriti ſecundo platonis ibi. Eodē autem modo. tertio quandã aliã opinionē que fuit xenocratis opinantis ꝙ aīa nūs ibi. Alia autem quedam opinio. Primo ergo ponit opinionem democriti. ſecundo eam improbat ibi. Nos autem. ¶ Circa primū ſicut procedit philoſophus quia primo ponit opinionem in ſe. ſecundo manifeſtat eam in exemplo ibi. Similiter dicens. ¶ Quantum ad primum dicit ꝙ quidam ſicut democritus dicunt animam mouere corpus in quo eſt eo modo quo ipſa mouetur. ¶ Deinde ſequitur. Similiter Ubi manifeſtat opinionem in exemplo. ꝛ primo ponit exemplum. ſecundo adducit ad propoſitum ibi. Similiter autē ¶ Quantum ad primum dicitur ꝙ democritus fuit ſimilis cuidam philippo magiſtro comediarum qui dicitur feciſſe ſtatuam auream de minerua et hec ſtatua erat mobilis ex eo ꝙ erat intus argentum fuſile id eſt viuum et mouebat ſtatuam ad motum ipſius argenti viui ¶ Deinde ſequitur. Similiter autem. Ubi exemplum adducitur ad propoſitum quia ſicut argentum mouebat ſtatuam ita ſpere indiuiſibiles componentes animam mote mouēt corpꝰ ꝛ hoc ē qḋ dt litera. Sic āt ꝛ democritꝰ dt ſcʒ philippo inquit enī ſpheras indiuiſibiles ſemp moueri ꝛ nūꝗ̃ quieſcere. mote āt ꝯtrahūt ꝛ mouēt corpus in quo ſunt ¶ Deīn ſequit. Nos āt interrogabimus. Ubi iprobat dictam poſitionem per duas rationes ſecūda ibi Omnis autē. Prima ratio fundatꝰ ſup duas ꝓpoſitiōes. Prima eſt ꝙ animalia aliquando mouentꝰ et aliquādo quieſcūt et iō nō ſolū debet dari cauſa motꝰ ſed etiā quietis. Secūda ꝓpoſitio ē ꝙ ſpere indiuiſibiles quas poſuit democritus nō pūt eē cauſa quietis quia ſemp mouentur ex quo ſequitur ꝙ democritus inſufficienter dixit et quātū ad iſtam ꝓpoſitionem dicit. Nos autē interrogabimus. ſcʒ a democrito. ſi hoc idem ſcʒ ſpere mote quod facit animal moueri faciat ipm quieſcere. Hic eīn dicere eſt difficile imo impoſſibile quia quod ſemp mouetur non eſt cauſa quietis. ¶ Deinde ſequitꝰ Omnis autē. Ubi ponitꝰ ſecunda rōnē et ē ꝙ motus ꝓgreſſiuus animaliū non cauſatur ex neceſſitate alicuius quod quieſcere nō poteſt et ꝑ ꝯñs anima nō videtur mouere animal ſicut dicebat democritus ſed magis cauſatꝰ ꝑ intellectū et voluntatem. Intellectus eīn oſtendit ꝙ motio eſt utilis. voluntas autē imperat motionē ſed potētia motiua eam exequitꝰ ſicut pes graditꝰ vel manus tangit. ¶ Deinde ſequitur Eodem autē modo Ubi ponitꝰ opinio platonis et primo ponitꝰ ſecundo improbatur ibi. Primū autē igitꝰ Prima in quatuor ſm quatuor que cōtinebat opinio platonis. ſecunda ibi. Conſtitutū eīn. tercia ibi Et diſpartitum. quarta ibi Et ut oēs. ¶ Primū quod ponit phūs de opinione platonis eſt ꝙ plato i thimeo philoſophando dicit ꝙ anima mota mouet corpus ex eo ꝙ eſt cō plexa .i. coniuncta corpori ꝑ modum cuiuſdā colligationis ꝛ in hoc aſſimilatur democrito qui ponebat ꝙ ſpere mote que componebant animam mouebant corpus. Forte autē ꝯfeſſionē habuit plato ſicut et democritus ꝙ anima non mouet corpus per voluntatem et deſiderium ſed ꝑ neceſſitatem. ſm eīn eum iō mouet quia mouetur. mouetꝰ autē ipſo neceſſario et iō neceſſario mouet corpus cui ſm eū eſt intexta et colligata. ¶ Deinde ſequitur Conſtitutā eīn Ubi ponit ſecūdū dictum platonis. ubi notandū eſt ſm cōmentatorem ꝙ opinio platonis in thimeo fuit ꝙ anima eſt natura media inter formas abſtractas indiuiſibiles et inter formas ſenſibiles diuiſibiles ſm naturā. Themiſtius autē dicebat ꝙ plato intendebat ꝑ naturam mediam intellectum inter omnes partes anime. quia ſuum eſſe eſt mediū inter formas materiales et abſtractas. Ex hoc ſequitur ꝙ in anima eſt ydemptitas et diuerſitas. In quātum enim attingit formas abſtractas eſt in ea ſimplicitas et idemptitas. inquantum autem attingit ſenſibilia eſt in ea compoſitio ꝛ diuerſitas ut ipſa aīa ſapiat naturam extremorum ſcʒ unius et diuerſi. ſic anima componitur ex eodem et diuerſo que poſuit plato ꝛ elementa rerum. Idem autem et tribuebat plato numero impari quia sicut dicitur tercio phisicorum si unitati addatur primus impar consurgit figura quaternarij sive numerus quadratus cui quaternario si addatur secundus impar consurgit novenarius qui etiam numerus est quadratus et sic semper addendo numeros impares consequenter consurgit uniformis figura. ex quo sequitur ꝙ uniformitas et unitas attribuitur numero impari. Diversitas autem et difformitas attribuitur numero pari. quia si unitati addas primum parem id est binarium consurgit ternarius qui est numerus triangularis: cui si addas secundum parem scilicet quaternarium consurgit septimus qui est septangule figure et sic figura variatur semper per additionem paris. ex quo sequitur ꝙ difformitas pari attribuitur. hoc viso patet littera que dicit ꝙ plato dicebat animam esse constitutam ex elementis id est eodem et diverso quia ut dictum est. est natura media inter formas abstractas et sensibiles et per consequens est constituta ex pari et impari.

¶ Deinde sequitur. Et dispertitã. Ubi ponitur tercium dictum platonis quod fundatur super duas propositiones quarum prima est ꝙ cognitio per assimilationem fit. secunda est ꝙ anima cognoscit armoniam et consonantias numerosas. Ex hijs duabus propositionibus sequitur ꝙ licet res componantur ex numeris tamen specialiter anima componitur ex numeris proporciones armonias et musicales habentibus et hoc propter cognitionem. hoc ē ergo quod dicit littera. quia plato dicit animam esse dispertitã id est rationabiliter dispensatam per armonicos numeros quatinus habeat naturalem sensum armonie id est ut delectetur in armonia qꝛ omnis delectatio oritur ex consonantia ꝛ sic sequitur ꝙ anima componitur ex armonicis numeris. tum propter cognitionem tum propter delectationem. Sed tunc est questio qui sunt isti numeri armonici. Dicendum est ꝙ isti sunt in quibus consistunt consonantie musicales scilicet diapason. diapente. diatesseron. et sic de aliis. Sunt autẽ isti numeri. i. ij. iij. iiij. viij. ix. xvij. duorum autem ad unum est proporcio dupla que continet totum bis et in hoc consistit diapason. trium autem ad duo est proporcio sexquialtera in qua consistit diapente que est in sexquialtera proporcione quatuor autem ad tria est proporcio sexquitercia que continet totum et terciam partem et in tali proporcione consistit diatesseron. octo enim continent tria bis ꝛ duas ternas eiusdẽ qꝛ bis tria faciũt sex quibꝫ si addant̃ duo fiunt octo et ideo ex habitudine octo ad tria conſurgit ꝓportio ꝯpoſita ex diapaſon .n. et diateſſeron que faciūt proportionē duplam et duarum terciarum nouē ad octo eſt ꝓportio ſexquinoctauo quia ꝯtinet totum et octauā ꝑtem ſcʒ vnitatem ⁊ iſta ꝓportio facit tonū qui cōſiſtit in ſexquioctaua ꝓportione ¶ Vltimo autē ꝓportio dicitur ꝯpoſita ex diapaſon et diapente que faciūt ꝓportionem triplam. nam diapaſon facit ꝓportionē duplam diapente ꝓportionem vnius cum dimidia. quia in diapente continetur totū et altera ꝑs. Si autē duo in quibʒ cōſiſtit ꝓportio dupla ducantur in vnum cū dimidia reſultant tria nam bis vnū cū dimidio ſunt tria ex diapaſon ergo et diapente conſurgit ꝓportio tripla ſm quā ſe hñt xxvij ad .ix. quia ter .ix. faciūt xxvij. hec omnia patent in quadā figura que eſt in margine ¶ Deinde ſequitur. Et vt oīe. Vbi ponitur quartū dcm̄ platonis qui principaliter loquebatur de anima que mouet celū. de noſtra autē loquebatur inq̄tum eſt ymago illius. de hac aīa dicebat ꝙ motus anime et motus celi debent eſſe ꝯformes et ideo ſicut in celo primo fuit aſpectus rectus quem deus reflexit in circulū quem circulum diuiſit in duos .ſ. equinoccialem et zodiacum Iterū ſecūdum diuiſit in ſeptem circulos planetarum quorum omnium motus ſunt ad meridiem in ſeptentione ſuper polos orbis ſignorum ita et in anima ſunt oīa iſta ſm quandam appropriationem.

nam anima habet aſpectum rectū dum fertur ſuper obiecta directo actu in circulum autem reflectitur dum ad ſeipſam redit ſeipſam intelligendo. Iterum autem in anima eſt duplex ordinatio. Prima dum intelligit abſtracta ſecunda dum ſentit ſenſibilia. Prima autem remanente indiuiſa. ſecunda ſubdiuiditur ita ꝙ in primo gradu ſunt ſenſus particulares. In ſecundo ſenſus ꝯmunis. in tercio fantaſia. in quarto extimatiua. in quinto memoria. in ſexto ⁊ ſeptimo concupiſcibilis et iraſcibilis que ſunt partes appetitus ¶ Appetitus autem ſequitur ſenſum. hoc viſo patet lr̄a que dicit ꝙ vt oīe .i. vniuerſum ſecatur ſm ꝯſonantes motus .i. ſm motus proportionatos et coordinatos reflexit deus aſpectum rectum ſcʒ celi in circulum. hoc eſt faciens ipſum corpus circulare et iterum ex vno circulo .i. vnum corpus circulare diuidit in duos circulos .ſ. equinoccialis et zodiaci dupliciter coordinatos. quia motus qui eſt ab oriente in occidens ſm circulum equinoccialem eſt ſuper polos mundi. Poli autem ſuper quos fit motus qui eſt ſub zodiaco ab occidente in oriens diſtant a poli mundi fere viginti quatuor gradibus Iterum autem vnum circulum ſcilicʒ in oriens diſtant a polis mundi ſere vigintiquatuoꝛ gradibus. Iterū autē vnū circulum ſcȝ zodiacū diuiſit in ſeptem ꝗ̄tum ad motū ſeptem planetarum. hec autē ſm̄ quādam appropriationē ſunt in aīa et motus celi ſunt tanꝗ̄ motus aīme. ¶ Quereret aliquis vtrū in celo fuerit aſcenſus rectus. Videtur ꝙ nō. quia ſicut ꝓbatur p̄mo celi et mundi. celum eſt corpus circulare quia naturaliter circulare eſt ¶ Ad oppoſitū eſt lr̄a. Dicendū ꝙ plato poſuit celum eſſe de natura ignis qui eſt rectarum dimenſionū et ideo dixit plato ꝙ primo deus fecit orbem rectum quem poſtea reflexit in circulum vt motus eſſet vniformioꝛ et regularioꝛ ab oriente in occidens. tertio quia hec vniformitas nō ſufficiebat ad cauſandum generationem et corruptionem que includunt diuerſitatē neceſſarius fuit zodiacus ſub quo mouetur ſol ex cuius acceſſu cauſat generatio in rebus et receſſu corruptio et ſic habemus equinoctialem ꝓpter mot⁹ vniformitatem. zodiacum autē ꝓpter difformitatē cauſandam in rebus. Iterum autem hunc diuiſit in ſeptem ꝓpter ſeptē planetas vt dictū eſt ¶ Ad argumentū patet

PRimū quide igitur. In p̄te iſta phūs impꝛobat opinionem platonis ⁊ deſtruit eam ꝗ̄tum ad id quod eſt ei propriū. ſecūdo ꝗ̄tū ad illud qḋ eſt ei cōmune cum aliis ibi. Item autē inconueniens. Prima in duas. p̄mo enī deſtruit eam quia nō eſt de ſe poſſibilis. ſecundo qꝛ nō ſaluat apparentia ibi. Et manifeſta aūt Prima in quatuoꝛ ſm̄ ꝙ opiniones quatuoꝛ ſupponit ſcȝ ꝙ aīa eſt magnitudo ⁊ ꝙ eſt circularis ⁊ ꝙ eſt mota et corpori mixta. Primo ergo deſtruit primū. ſecūdo ſecūdū ibi. Neceſſariū aūt. tertio tertiū ibi ¶ Adhuc autē intelligentia quarto quartū ibi. Laborioſum autē. Prima in tres ſm̄ tres rationes ſecunda ibi. Qualiter enī. tertia ibi. ¶ Ampli⁹ Prima rō talis eſt. Intellectus nō eſt magnitudo ſed anima de qua loquebatur plato idem eſt qḋ intellectus ergo aīa nō eſt magnitudo. ¶ Circa hanc rationē ſic procedit phūs quia p̄mo ponit ɔcluſionē intentā. ſecūdo ponit minoꝛē ibi. Eā enī. tertio maioꝛē ibi. Intellectus autē ¶ Quātū ad p̄mū ponit ɔcluſio vnū bn̄ dr̄ ꝙ nō eſt bn̄ dr̄e aīam eē magnitudinē ¶ Deinde ſequitur Eam enī. Vbi ponit minoꝛ ſcȝ ꝙ aīa de q̄ loquit plato eſt intellectus loquebat enī de ea aīa que eſt oīs .i. vniuerſi talē autē dicit eē intellectū nō enī eſt velut ſenſitiua neqȝ vt deſideratiua cui⁹ rō ē qꝛ nec deſideratiua neqȝ ſenſitiua mouentur ſm̄ circulum. motus autē aīe vniuerſi ſm̄ platonē erat circularis. Notandū ꝙ ɔmentatoꝛ in expoſitiōe huiꝰ lr̄e ꝙ actio intellāus assimilatur circulo qꝛ intellāus sup̄ seipsū reuertit̄ intelligēdo seip̄m et ideo plato et alii qui dicebāt ꝙ actio aīe est circularis nō loquebantur de oī aīa sed solū de illa q̄ est reflexiua ꝛ sup seip̄a reuersiua. talis autē est intellectus qui ꝓpter sui eleuationē a materia est potentia rediens ad seip̄am reditione ꝑfecta. Pono autē reditionē ꝑfectam que redit ad seip̄am quodā modo ꝑ subām. Cū eīm alie potētie sunt organice et ꝑ ꝯñs nō sunt ꝑ se subsistentes solus intellāus in hoc approximquat ad subās ꝑ se subsistētes qꝛ nō est corpus neqꝫ virtus in corpe .i. alligata organo corporeo. ꝛ redit etiā ad seip̄m ꝑm actū intellectū scꝫ intelligit seip̄m. Et notā ꝙ hec secūda reditio oritur a p̄ma et ideo potētia que priuatur p̄ma sicut potētia organica p̄uat̄ secūda. ¶ Deinde sequit̄ Intellāus autē minꝰ. Ubi ponitur maior rationis scꝫ ꝙ intellāus nō est magnitudo qd̄ quidē ꝓbatur sic ꝑ ꝯm̄ ita dꝛ unꝰ intellāus sicut res intellecte. sed res intellecte nō sunt unū ꝑm ꝯtinuitatē ꝛ magnitudinē sed magis ꝑ ꝯsequentiā nūi qꝛ scꝫ unum intelligibile intelligitur post aliud ergo intellectus nō est unꝰ ꝑ magnitudinē et hoc est qd̄ dicit lr̄a. ꝙ intellāus est unus et ꝯtinuꝰ sicut intelligētia .i. sicut opa o sca qꝛ potētia cognoscitur ꝑ actū Intelligentia aūt .i. operatio intellāue est una ꝛ continua sicut intellectualia .i. sicut obiecta quia scꝫ actus ꝑ obiecta. Ip̄m aūt obiectū est unū sicut nūs et sicut ꝯsequēter se habens et nō sicut magnitudo ꝓpter qd̄ sequitur ꝙ intellectus nō est ꝯtinuus ꝯtinuitate magnitudinis sed vel est impartibilis vel ꝯtinuitas eius nō est ꝯtinuitas magnitudinis. ¶ Deinde sequitur Qualiter enī intelliget. Ubi ponitur secūda ratio ꝛ est talis Si intellectus est magnitudo aut intelligit obiectū quātū ꝑ contactū pūcti aut ꝑ ꝯtactū cuiuslibet ꝑtis sui diuisibilis aut ꝑ ꝯtactum unꝰ ꝑtis tm̄ quecū qꝫ sit ista aut ꝑ ꝯtactū totius tm̄ sed nullo istorū modorū intelligit ergo ꝛc.

¶ Circa hanc rationē sic ꝓcedit phūs qꝛ p̄mo ponit sub q̄stione suum intētū. secūdo ꝓbat ꝙ nulla ꝑtiū diuisionis est vera ibi. Partē autē ¶ Quātū ad primū dꝛ cū intellectus sit magnitudo qualiter intelliget. cū sit quelibet partium illius id est quamlibet partem obiecti intelligens ¶ Deinde sequitur. Partem autem. Ubi probat intentum et primo probat ꝙ non intelligit ꝑm contactum puncti. secundo ꝑm contactum cuiuslibet partis sui ibi. Si vero. tercio ꝙ non intelligit scd̄m contactum unius partis tantum ibi. Si autem sufficiens. quarto ꝙ non ꝑm contactum totius ibi. Si autē necessarium ¶ Quantū ad p̄mū de ꝙ ſi intellectus intelligit p̄te .i. ꝑ ↄtactū ptis ita ꝙ ps eius ↄtingat p̄tē intelligibilis aut hec ps ē diuiſibilis ſm magnitudinē aut hec ps eſt ipm punctū eo mō quo p̄t dici pars large quia ſtricto modo punctus nō eſt ps. Si autē fuerit ſm punctū nūq̄ tranſibitur ipm intelligibile. Puncta eīn ſunt infinita in magnitudine et ideo nec omnia puncta intellcūs qui dicitur magnitudo potuerūt pertranſire nec omnia puncta intelligibilis ptranſiri Preterea ſi intellectus deberet tāgere ꝑ punctū qui dicitur ps ſui ñ tangeret niſi punctū de intelligibili ꝫ cū puncta intelligibilis ſint infinita nūq̄ finietur iſte tranſitus

¶ Deinde ſequit. Si uero. Ubi ꝓbat ꝙ talis tactus nō eſt ex eo ꝙ intellectus tangat ſm omnem p̄tē ſui que eſt diuiſibilis ꝫ hoc eſt qd̄ dicit Si uero intellectus intelligit ſm magnitudinē multociens et infinicies intelliget idem cuius ratio eſt. quia ꝑ quālibet ptem ſui applicabit ſe cuilibet pti intelligibilis ꝫ ꝑ ↄſequens cū ptes applicāte ſint infinite qꝛ ↄtinuū eſt diuiſibile in infinitū ſequitur ꝙ hec ps ad quā ſit hec applicatio infinicies intelligetur qd̄ eſt ↄtrariū ueritatis: qꝛ nos uidemus ꝙ intellectus intelligit totū corpus ſimul unico intelligere in ſemel tantū ↄtingendo et nō indiget iterato intelligere unū et idem. Notandū eſt ꝙ ille ptes ꝑ quas ſucceſſiue ↄtingit intellectus intelligibile uel ſunt aliquote et tūc ſequitur ꝙ intellcūs multociens intelligit idem et nō infinicies. cuius ratio eſt qꝛ ps aliquota in toto ñ eſt infinita. Hec eīn ps aliquota que aliquociens ſumpta reddit totū. uel ſunt partes nō aliquote et tunc intellectus ita intelligit multociens idem ꝙ intelligit infinicies cuius rō eſt quia tales ꝑtes ſunt infinite ↄtinuū eſt diuiſibile in infinitū ſm eandem ꝓportionem ſed nō ſm eandē quantitatē ut dcm̄ eſt in tercio phiſicoꝝ.

¶ Deinde ſequitur. Si autē. Ubi ꝓbatur terciū ſcꝫ ꝙ intellectꝯ non intelligit tangendo ſm unā partē tantū. ſi eīn hoc eſſet cetere partes ſuperfluerent nec eſſet neceſſariū ꝙ intellectus eſſet magnitudo hñs tales ptes et hoc eſt qd̄ dicit. Si aūt ſufficiens eſt intellectū tangere quālibet ptm̄ .i. ꝑ unā ptm̄ quecūꝗ ſit illa tunc nō eſt neceſſe intellectum mouere circulo aut omnino habere magnitudinē: quia cetere partes ſuperfluunt. ¶ Deinde ſequitur Si autē neceſſariū Ubi deſtruit quartū et dicit ſic ꝙ ſi neceſſe eſt intelligere ipſo toto circulo .i. magnitudine circulari intellectus tangente totū quis erit ptibꝫ tactus. q. d. ꝑtes ſuperflue erunt. Notandū ū eſt ꝙ indiuiſibile eſt totū in toto ꝫ totū in qualibet pte qꝛ ꝙ totū ſit in toto et pars in parte hoc eſt ꝑ rationē illius qd̄ hꝫ ptē ex⁹ ptē ſic ipſe intellcūs totꝯ tāgit ipāꝫ magnitudinē et totū quālibꝫ ptē q̄ꝛ intelligēdo totū p ſe totū intelligit et eodem modo intelligēdo ptem ſequitur ꝙ intellectus ſit indiuiſibilis et ꝙ ñ ſit totū q̄ntitatiuū intelligēs p ſucceſſionē ptiū imo tales ptes ſunt ſucceſſiue et intellectus p ſuā virtutē indiuiſibilē intelligit quicquid intelligit¶ Deinde ſequitᷣ ¶ Amplius quō Vbi ponitᷣ tercia racio quā ponit ↄmētator ſic. Impoſſibile oſt nobis dicere ꝙ intellect⁹ intelligigit p tactū qm̄ ſi diceremus qm̄ hꝫ ptes indiuiſibiles quomodo tangit p ptes indiuiſibiles partes diuiſibiles reꝝ ⁊ ſi hꝫ ptes diuiſibiles quomō tangit eas p partes īdiuiſibiles et hoc eſt qđ dicit phūs quomō intelligat ꝑtibile per imptibiles partes et ecōuerſo

¶ Quereret aūt aliquis vtrum intellectus intelligat p ↄtactum. Dicendū eſt ꝙ ↄtactū potencie cognitiue ad obiectū poſſum⁹ intelligere multis modis¶ Primo mō q̄ꝛ potēcia cognoſcit extramittēdo eo mō quo dixerūt aliqui ꝙ viſus videt extramittēdo quaſi occurrendo p radios viſuales rei viſibili et iſte cōtactus nō eſt poſſibilis ī viſu ſicut hꝫ oſtendi in libro de ſenſu et ſenſato et multo min⁹ in intellectu qui nō eſt virtus organica¶ Secūdo mō p̄t intelligi iſte cōtactus q̄ꝛ intellectus cōponitᷣ ex eiſdem realiter ex quibꝫ ↄponitur res cognita ꝓpter aſſimulationem cognoſcentis ad cognitū ita ꝙ hec aſſimulatio realis dicatᷣ contactus neceſſarius ad intelligendū et talis ↄtactus magis impedit intellectionē quā expediat q̄ꝛ intellect⁹ ad hoc ꝙ oīa intelligat nō debꝫ eē aliqua formaꝝ reꝝ corpaliū ſed abſtractus ⁊ immixtus¶ Tercio mō p̄t intelligi iſte ↄtactus q̄ꝛ intellectus eſt magnitudo ꝑtibilis ⁊ hūc ↄtactū improbauit phūs ī lr̄a q̄ꝛ intellect⁹ nō eſt magnitudo ſꝫ virtus ſpūalis imptibilis et iđ p̄t omnia intelligere Imptibilia eīm intelligit ſm ꝓprietates nature ſue. ꝑtibilia autē et materialia intelligit ex hoc ꝙ abſtrahit ea a materia¶ Quarto mō p̄t intelligi cōtactus ex eo ꝙ obiectū in virtute intellectus agentis mouet intellectū poſſibilem qui quidē eſt cōtactus virtualis et talis ↄtactus nō eſt impoſſibilis in intellectu ſꝫ magis neceſſarius

Neceſſariū aūt

Poſtq̄ phūs ꝓbauit ꝙ intellcūs nō eſt magnitudo hic ꝓbat ꝙ non eſt magnitudo circularis et diuiditur in duas ptes ſm duas racōes ſecūda ibi. ¶ Amplius autem. Prima racio eſt talis. Si intellectus eſt magnitudo circularis. ſua opatio que eſt intelligentia eſt circulacio ⁊ ecōuerſo. nā motus circuli circulatio ē ſed ꝙ intelligēcia ſit circulatio impoſſibile eſt q̄ꝛ ſm hoc intelligere nūq̄ finiretur ſicut nec motus circularis ergo ⁊ aīa eſt impoſſibile ſcʒ ꝙ intellect⁹ ſit circulus. Hec ratio fundatur ſuper tres ꝓpoſitiones. Prima eſt ꝙ ſi intellectus eſt circulus intelligentia eſt circulatio. Secūda eſt ꝙ ſi intelligentia eſt circulatio ſemꝑ intellit de qua ibi. Semꝑ autē. Tercia eſt ꝙ intellectus non ſemꝑ intelligit de qua ibi. Practicoꝝ quidem. ¶ Quantū ad primū dicitur neceſſariū eſt intellectū eſſe circulū cuius neceſſitatis ratio eſt quia motus eſt intelligētia intellectus .i. intelligere. motus autē circuli eſt circulatio ſi ergo ſm̄ poſitionē platonis intelligentia .i. actus intellectus eſt circulatio ſequitur ꝙ intellectus erit circulus cuius circulatio eſt intelligere ſequitˀ enī econuerſo ſcʒ ꝙ ſi intellect⁹ eſt circulus et intelligere quoqꝫ eſt motus eius erit circulatio ¶ Deinde ſequitur Semꝑ autē. Ubi ponitˀ ſecunda ꝓpoſitio. Unde dicitˀ ꝙ ſi intelligere eſt circulatio intellectus ſemꝑ intelligit et hec quia circulacō eſt ꝑpetua. Motus enī circulatio nō finitur cuius ratio eſt. quia cum in circulo nō ſit aliquis pūctus in actu nō eſt maior ratio quod finiatˀ motus in uno pūcto q̄ in alio ⁊ ꝑ ꝯñs nō finitur alicubi. Deinde ſequitur. Practicoꝝ quidem enī Ubi ponitur tercia ꝓpoſitio ſcʒ ꝙ intelligere finitur. ꝓbatur autē ſic Omne intelligere eſt practicum uel ſpeculatiuū ſed utrumqꝫ finitˀ ergo ⁊c̄. Primo ergo ꝓbatur de practicis. Secūdo de ſpeculatiuis ibi. Speculatiue autē. ¶ Quātū ad practicā dicitur ꝙ practicoꝝ intelligentiarum .i. operationū termini ſunt quia omnis practica intellectio eſt cauſa alterius .i. ꝓpter op⁹ ⁊ finē ⁊ ſic ſequitur ꝙ practica intellectio finitur et terminatur. Ubi notandū eſt ꝙ practici intellectus ſunt duo actus quoꝝ primus eſt ſimpliciū intelligentia quia intellectus practicus diffinit res operabiles eo modo quo medicus diffinit ſanitatē et architectus archam ⁊ hic actus finitˀ hʒ ſicut et quelibet diffinitio. Secūdus actus eſt ſillogizare et hic actus terminū habet quia practici ſillogizant ꝓpter finē. Unde commentator vij. methaphiſice dicitˀ omnes ſcientie agentiue ⁊ operatiue q̄ vtūtur argumentatione ſunt argumentatiue ſm̄ aliquid non ſimpliciter cū ſciencia in eis nō ſit niſi ꝓpter opus et ꝓpter finē. Unde et ex fine arguitˀ ea que ſunt ad finem.

¶ Deinde ſequitˀ Speculatiue autē Ubi ꝓbat ꝙ intellectio ſpeculatiua terminatur et eſt ratio talis. Omnis ſpeculatio intellectiua eſt demonſtratio uel diffinitio ſed utraqꝫ terminatur ergo ⁊c̄. In hac ratione primo ponitur concluſio .ſ. ꝙ rationes ſpeculatiue terminantur Unde dicitˀ. Speculatiue autē terminātur in ſuis rationibꝫ ſimiliter .ẽ. ſicut practice. Secūdo ponitˀ maior .ẽ. ꝙ ratio ſpeculatiua eſt diffinitio uel demōſtratio. unde dicitur ratio autē om̄is ſcīe ſpeculatiue eſt diffinitio ſcꝫ q̄tū ad intellectū ſimpliciū quiditatū· aut demōſtratio ſcꝫ q̄tū ad intellectū ↄcluſiōꝝ neceſſariorꝝ ex p̄miſſis neceſſariis· t̄cio ponit minor· ſ· ꝙ tā demōſtratio q̄ diffinitio terminā̄t & p̄mo de demōſtracōe· ſecūdo de diffinitione ibi· Diffinitiones autē· Quātū ad primū dicit ꝙ demonſtracōes finiūtur· cuiꝰ ratio eſt qꝛ demonſtrationes ſunt a certo p̄ncipio· i· a certis p̄miſſis & hn̄t certū finē ſcꝫ ſillogiſmū vel ↄcluſionē habito enim ſillogiſmo demonſtratiuo quieſcit intellectus in ↄcluſione demōſtrata nec valet ſi aliquis cauillādo dicat ꝙ in demonſtracōe non eſt ſtatus quia ex vna ↄcluſione oritur alia· hec enī cauillatio cito tollitur Si enī ↄcludātur vltime ↄcluſiones ſtatus erit· Si enī non ↄcludantur nō propter hoc reflectūtur demonſtrationes iterum in principiū quaſi demonſtratio ſit circularis ſed magis demonſtracōes accipientes mediū et extremitatē recte procedunt aſſumendo ſcꝫ ↄcluſionem poſt concluſionē· q· d· phūs nō eſt reflexio in demōſtracōibꝫ ſed magis ↄcluſio viꝰ ſillogiſmi ſit ꝓpoſitio in alio & adiūgetur aliud mediū et ↄcluditur ꝓpoſitū et ſic indirectū multiplicant̄ demonſtrationes et nō in circulū ¶ Deīn ſequitur· Diffinitiones autē· Hic pbat ꝙ intellectio que eſt ſimplicium intelligencia et diffinitio terminātur Vnde Diffinitiones autē omnes ſunt finite· Ratio autē huiꝰ ē quia diffinitio eſt ex genere & dr̄a in vtroqꝫ autē eſt ſtatus quia non eſt abire in infinitum nec in genere nec in differencias ſed eſt ſtatus in generaliſſimo et in differencia que vltimate ↄſtituit ſpeciem·

¶ Deinde ſequit̄· Amplius autē Vbi ponit ſecūda ratio ad ꝓpoſitū fundatur aūt hec ratio ſup vno fūdamento et eſt ꝙ idem motus numero circularis ſepius p̄t eſſe ſup eodem ſpacio quod non eſt poſſibile in alijs motibus· nam in motu recto neceſſario ſi reuertat̄ motus in terminis quies et hoc quia termini ſunt in actu· ſi enī aliquid moueatur ab A in A et econuerſo quies interuenit non ſic autē in motu circulari quia nullus terminꝰ eſt in actu· Ex iſta ꝓpoſitione ſic arguit phūs ſm̄ motū circularem cōtingit eundem motum ſemp reiterari· ſi ergo intelligere eſt circulatio ↄtingit ꝙ vnū et idem intelligimus multociens & hoc eſt quod dicit lr̄a· Amplius autē· ſi eadē circulatio multociens eſt id eſt multociens reuertatur oportebit multociens intelligere idem· Notandū eſt ꝙ hec ratio poſſet aliter formari vt eſſet probatio cuiuſdam dicti Dictum enī fuit ꝙ demonſtracōes non reflectuntur circulariter: ſed in directum procedunt· Ratio autem huius demōſtrationis hic aſſignat̄ qꝛ ſi a p̄miſſis ad ↄcluſiōes et e conuerso fieret ꝓcessus sequerent̄ duo inconuenientia. Primū est ꝙ idem est notū ꝑ se et nō ꝑ se. q2 illud a quo ꝓcedit intellect9 in demonstrationibꝫ est notū ꝑ se. Illud autē ad qđ ꝓcedit nō est notū ꝑ se. Si ergo illud qđ fuit principiū fiat finis idē erit notū ꝑ se et nō ꝑ se q2 si aliquis dicat ꝙ unū nō hꝫ magis rationē principij q̄m aliud uel ecīa finis tūc sequit̄ aliud inconueniens q2 nō erit maior ratio ꝙ quiescatur in uno q̄ȝ in alio et nūq̄ȝ finiretur ꝓcessus demonstratiu9 et sic multociens idem intelligeret̄. Alio modo p̄t intelligi ista ratio q2 si circulatio ē in demonstrationibꝫ principiū duobus modis intelligeret̄. Uno modo ꝑ terminos q2 principia cognoscimus inq̄ȝtū terminos cognoscim9. Secūdo modo ut cōclusum ex alio q̄ñ scȝ fit reflexio a cōclusione in principiū hec ergo via videt̄ redire ad primā q2 qđ intelligit̄ ꝑ terminos intelligit̄ ut ꝑ se notū qđ autē intelligit̄ ut ꝯclusum intelligit̄ ut nō ꝑ se notū et ita idem intelligit̄ ut ꝑ se notū et nō ꝑ se notū ⁊c.

et cetera

Adhuc aūt intelligentia:

Postq̄ȝ phūs ostendit ꝙ intellectus nō est magnitudo circularis hic ostendit ꝙ nō est magnitudo circularis mota et hoc ꝑ duas rationes. secunda ibi. At uero nec habitu. Prima ratio est talis. Cuius ꝑfectō consistit in quiete q2 intelligentia .i. intelligere magis assimilatur quieti et statui q̄ȝ motui et eodem modo sillogismus .i. opatio intellectus sillogistica ergo intellectus nō est magnitudo mota. Quereret aliquis quare operatio intellcūs magis assimilatur quieti q̄ȝ motui. Dicendū est s̄m aliquos ꝙ ideo assimilatur magis quieti quia nisi vires inferiores vires sint sedate et quietate intellectus nō habet ꝑfecte suum usum. Unde vij. phisicoꝝ dicit̄ ꝙ aīa in sedendo et quiescendo fit prudens. Et sic dicere nō est ire ad mentē phi quia non loquitur de quiete virium inferioꝝ sed magis de quiete intellectus in se si tn̄ ꝓprie dicitur quiescere. Est ergo dicendū aliter ꝙ drīa est inter motū ⁊ operationē quia motus est actus imꝑfecti tendentis ad ꝑfectionem et ꝑ ꝯsequens motus excludit ꝑfectionem et quietem. si ergo intelligere esset moueri intelligere nō esset ꝑfci nec quiescere in ꝑfectione. Operatio autē est actus ꝑfecti et ideo nō excludit sed magis includit ꝑfectionem et quietem in eadem. Cū ergo intelligere sit operacō ut dictum est supra sequitur ꝙ intelligere assimiletur quieti ⁊ perfectioni. Intelligendū ē ergo ꝙ intellectus dum est in potentia uel in habitu non est in sua perfectione ſed qñ eſt in actu et iõ actꝰ eſt ꝑfectio et quies intellectus qꝛ ꝑ ipſũ ꝑfecte ↄiungitur obiecto.

¶ Deinde ſequit̃. At vero. Vbi ponit̃ ſecunda ratio que eſt talis ſi intelligere ẽ moueri intelligere nõ beatificat qꝛ beatitudo ↄſiſtit in eo quod eſt ↄſonũ nature et nõ violentum. motus autẽ eſt ꝑ̄ter naturã anime ⁊ quid violentũ ⁊ hec ẽ qđ dicit l̃ra ꝙ illud nõ eſt beatũ id ẽ nõ facit beatitudinem quod nõ eſt facile .i. ↄſonũ et delectabile ſ; magis violentum. Motus autem nõ eſt de ſubſtancia ipſius anime .i. ſibi ↄſubſtancialis ⁊ naturalis. ſed magis extra naturã

¶ Quereret aliquis. Vtrũ beatitudo ſit a natura ſicut dicit. Dicũt aliqui ꝙ beatitudo eſt a natura. qꝛ ſumus apti nati eſſe beati. ſed ſm̃ veritatẽ iſti non vadũt ad mentem philoſophi qꝛ phũs nõ loquitur de eo quod poteſt beatificari ⁊ qui eſt aptus natus ad hec ſed magis loquit̃ de ratione beatificante

¶ Dicendum eſt ergo ꝙ natura dicitur multis modis ſcilicet natura materie et forme et operationis ↄſequentis. phũs nõ loquitur de natura ꝑ̄mo mõ et ſecundo ſed tercio phũs enĩ primo ethicoꝝ dicit ꝙ beatitudo nõ eſt in potẽcia nec in habitu ſed in actu ſicͭ intelligere Intelligere ergo eſt cõnaturale intellcũi ſicut ꝓpria paſſio eiꝰ. Eſt ergo intẽcio phi hic dicere ꝙ beatitudo ẽ in naturali ꝑfectiõe intellcũs ⁊ ideo facilis ⁊ delectabilis loquit̃ autẽ hic phũs de beatitudine naturali nõ ſupnaturali quaſi diceret ꝙ eſt naturale non ẽ violentũ. ſed ꝑfectio in qua eſt beatitudo eſt naturalis. ergo ⁊c.

¶ Secũdo quereret aliquis. vtrũ motus ſit ꝑ̄ter naturam aie ſicut dꝛ in l̃ra. Ad hoc dicunt aliqui ꝙ motus ideo eſt ꝑ̄ter naturã anime qꝛ moueri ꝑ ſe eſt corpoꝝ. cũ ergo aia nõ ſit corpus nõ ↄpetet ſibi motus ꝑ ſe ſed magis ꝑ accñs et ex hoc ↄfirmatur iſta ratio qꝛ anima in ſua indiuiſibilitate magis aſſimilatur vnitati ꝙ̄ puncto cuius ratio eſt qꝛ punctus eſt vnitas ſituata. vnitas autẽ ſimpliciter accepta abſtrahit a ſitu cum ergo aĩa nõ ſit ſituabilis aſſimilatur vnitati et ꝑ ↄſequens abſtrahit a ſitu et a motu. ſed ſi hec ratio dicat verũ in ſe tamen nõ ad ꝓpoſitũ quia platonici ponebant vt imponit eis phũs ꝙ anima eſſet magnitudo mota et ꝑ ↄſequens hec ratio non erat contra eos ſed ſm̃ hoc anima eſt ſituabilis. Eſt ergo aliter dicendũ ꝙ illud vocatur extra naturã ⁊ violentum quod trahit rem a ſua ꝑfectione motus autẽ eſt hmõdi quia dũ homo eſt in motu nõ ꝑ̄t ꝑfecte intelligere. ſed magis ab intelligere diſtrahit̃ ⁊ a ſua ꝑfectiõe quaſi violentat̃. qñ ergo dicit phũs ꝙ beatitudo eſt ſm̃ naturam. volunt dicere ꝙ beatitudo eſt ꝑfectio et paſſio naturalis intellectus. ab iſta paſſione ↄnaturali diſtrahit motus.

¶ Deinde ſequitur. Laborioſum autem. Ubi agitur contra modū platonis quo ponebat animā commixtam corpori. Ubi notandū eſt ſcḋm Auguſtinū. xi. de trinitate capitulo ultimo Plato conatus eſt ſuadere animas hominū vixiſſe anteq̄ ipſa corpora gererent. et hinc eſt ꝙ ea que diſcuntur reminiſcuntur potius cognita q̄ cognoſcuntur noua quia in alia vita habuerunt habitus ſcientiales ſupprimuntur tamē habitus ibi ex cōmunicatione anime ad corpus. ex hoc ſequitur ꝙ anima coniungitur corpori quaſi contra naturam ſuam quia non propter bonum ſuum ſed magis ad ſuppreſſionem habituum et ſcientiarum. ex quo ſequitur ꝙ melius eſt intellectū non eſſe in corpore q̄ eſſe et ꝙ in deſiderio eius eſt fugere corpus in quo eſt ſicut i carcere. hoc viſo patet littera que dicit ꝙ ſ opinionē platonis laborioſum eſt anime commiſceri corpori. Non enī poterit anima abſolui a corpore ⁊ adhuc corpus eſt fugiendum ſcḋm iſtam poſitionem. quia melius eſt intellectui non eſſe cum corpore quēadmodū conſueuit dici conſuetudine a multis. ¶ Quereret aliquis utrum anima habuerit prius habitus ſcientiales q̄ uniretur corpori. Uidetur ꝙ ſic. quia Auguſtinus. xij. de trinitate ubi ſupra narrat quendam puerū qui nunq̄ audiuerat geometriam interrogatum de geometria ordinate reſpondiſſe quod non eſſet niſi prius geometriam habuiſſet. Dicendum eſt ꝙ anima prius nō habuit habitus. Primo quia non fuit ante corpus. ſecundo quia ſicut dicit philoſophus creatur ſicut tabula raſa in qua nichil depingitur. tercio quia ſicut dicit philoſophus anima acquirit ſcientiam ex ſenſibilibus. Unde primo poſteriorum deficiente uno ſenſu deficit una ſcientia et ideo animā eſſe in corpore non eſt quid violentum: ſed magis naturale ſicut naturale eſt forme eſſe in ſua materia et per conſequens corpus eſt propter bonum anime quia anima exercet operationes ſuas per organa corporea ſicut ars exercet operationes ſuas per inſtrumenta.

¶ Ad argumentum reſpondet Auguſtinus ꝙ puer ille nō reſpōdit ordinate quaſi prius habuiſſet habitus iſtā ꝙ addiſcere ſit reminiſci ſed hoc ideo fuit quia lux intellectus noſtri ſubordinata eſt intelligibilibus et ideo in eadem luce ille puer vidit illa intelligibilia. Ad hoc autem cooperabatur ordo interrogandi nam interrogabatur de queſtionibus que ſe conſequuntur. In luce igitur proprij generis vidit primū de quo interrogabat ⁊ ex p̄mo ſecūdū ⁊ ſic uſq; in finē interrogationis. ¶ Deinde ſequit. Manifeſta autē. Ubi poſtq̄ phūs oſtendit ꝙ poſitio platonis non eſt poſſibilis hic oſtendit ꝙ ſ ipſam non poteſt reddi ratio de apparentibus .i. ſpecialiter de motu celi. Primo ergo ꝓhũs ponit intētum ſuum dicens ꝙ non manifeſta eſt cauſa quare celum fert̄ circulo .i. motu circulari ¶ Deinde ſequitur. Neqꝫ eñi aie. Ubi ꝓbat itentũ ſcꝫ ꝙ hec cauſa nõ eſt manifeſta. nõ enim pt̄ dici ꝙ ſubſtantia anime ſit cauſa huius motus circularis q2 anima mouetur circulariter ſm accñs. de ſe eñi ſm opinionẽ platonis nõ hꝫ niſi aſpectũ rectũ et ꝑ ꝯñs nõ mouet̄ niſi motu recto de⁊ tñ reflexit eã in circulũ et hoc vt motus anime eſſet ꝯformis motibꝫ celi nec pt̄ dici ꝙ cauſa huius motus ſit corp9 celi q2 anima magis cauſat motũ corporis ꝙ econuerſo et ꝑ ꝯñs motus celi eſt magis ab anima q̄ͣ a corpe nec poteſt dici ꝙ cauſa hui9 motus eſt finis. Si eñi dicatur ꝙ celũ ſiue anima celi mouetur circulariter quia meli9 eſt eam ſic moueri q̄ͣ non. non ſufficit ſic dicere ſed oportet aſſignare quare ſit melius quod quidem non aſſignatur a platonicis qui cauſam debuerunt dicere ꝓpter quã deus voluit eam ſic moueri. Veruntamen quia huius cauſa quare videlicet celũ mouetur circulariter non ſpectat ad hanc ſcientiã. ſed magis inuentio talis cauſe ſpectat ad aliã ſcꝫ ad libꝝ celi et mundi iõ dimittimus hanc materiam ad preſens ¶ Deinde ſequitur. Illud inconueniens. Ubi p̃ſtq̄ͣ ꝓhũs imꝓbauit opinionem platonis quantum ad illud quod erat ꝓpriũ ſibi improbat quãtum ad illud quod eſt commune ſibi et alijs multis opinionibus. Multi enim opinantium locuti ſunt de anima qui nichil loquebantur de corpore in quo recipitur anima quod tamen eſt incõueniens quia ꝓpria forma nõ bene declaratur niſi bene declaretur ꝓpria materia eius ¶ Primo ergo ꝓhũs ponit iſtud incõueniẽs quod accidit ſic opinantibꝫ. ſcđo oñdit hoc eſſe incõueniens ꝑ rationem ibi Et tamen videtur. Tercio manifeſtat hoc idem per ſignum ibi. Simile eñi ¶ Quantũ ad primũ dicitur ꝙ idem incõueniens quod accidit huic rationi .i. opinioni platonis accidit etiam pluribus opinãtibus de anima. Eſt autem hoc incõueniens q2 tales opinãtes de anima copulant et ponũt animã i corpore nichil determinãtes ꝓpt̄ quã cauſam et quo modo ſe habeat corpe anima eſt in eo ¶ Deinde ſequit̄ Et tamen videtur. Ubi oſtendit hoc fuiſſe inconueniens ꝑ rationem et eſt ratio talis. Inconueniẽs eſt omittere illud quod eſt neceſſariũ ad cognitionem anime. ad cognitionem autem anime neceſſaria eſt cognitio corporis et ꝓpter ꝓportionē que eſt inter animã et corpus ergo incõueniẽs eſt omittere inde determinationem corporis et hoc eſt quod dicit littera. et tamen hoc videtur necessariũ scꝫ dicere de dispositione corporis ꝓpter cõmunitatem eiꝰ id est ꝯpositionem que est inter animã et corpus. hoc quidem scꝫ anima agit et hoc scꝫ corpus patitur. et hec scꝫ anima movet corpus autẽ movetur nichil autẽ horũ .i. nulla talis ꝯpositio inest ad invicem quibuscũqꝫ .i. ꝯpositio anime ⁊ forme nõ est ꝯtingenter ad quodcũqꝫ corpus sed ad determinatũ ⁊ ideo sic opinantes peccabant quia solum conabantur dicere quale quid sit anima. de corpore autẽ receptivo anime nichil determinabant ac si esset possibile ſm fabulas pictagoricas quamlibet animam ingredi quodlibet corpus indifferenter. Ex quo enim anima non habet aspectum determinatũ ad determinatũ corpus nõ est maior ratio ꝙ intret unum corpus ꝙ̃ aliud. sed quodlibet potest intrare indifferenter. ¶ Deinde sequitur Simile itaqꝫ. Ubi ꝓbat tale esse inconveniens p simile. ¶ Ad cuiꝰ evidentiam notandum est ꝙ anima assimilatur arti. corpus autẽ assimilatur instrumento artis. sicut enim ars exercet actum suũ per instrumentum sicut carpentarius per dolabrum ita anima exercet suas operationes per corpus sicut ergo inconveniens est dicere ꝙ ars specialis aspiciat indifferenter quecũqꝫ instrumenta ita inconveniens est dicere ꝙ anima indifferenter subintrat quodcumqꝫ corpus. puta ꝙ anima elephãtis intret corpus musce. et hoc est quod dicit littera ꝙ qui sic dicunt scꝫ ꝙ anima intret indifferenter quodcumqꝫ corpus similiter dicunt ac si quis dicat tectonicam id est artem illam ingredi fistulas id est in organa alterius partis artis. Si enim ars fistulandi haberet rationem subintrandi organa subintraret organum ꝓpriũ et non alienum. ¶ Quereret aliquis utrum anima indifferenter aspiciat quodcumqꝫ corpus. Dicendum est ꝙ non. ¶ Ad hoc videtur assignare Avicẽ. unam rationem que talis est. Impossibile est diversitatem in numero sub eadẽ specie causari nisi ex diversitate materie quia ad diversitatem formalium principiorum sequitur diversitas specierum. si ergo anima non habet materiam ex qua sit. sequitur ꝙ individuetur per materiam in qua est. et per ꝯsequens non aspicit omne corpus sed tantum istud per quod individuatur. Si autẽ anima indifferenter aspiceret quodcumqꝫ corpus ac si esset quedam substantia separata creata ante corpus et que posset transire de corpore in corpus sicut videtur posuisse pictagoras sequeretur ꝙ due anime differrent specie et non numero tantum. hec ratio multum cogens videtur suppositio ꝙ due substantie separate non possunt differre solo numero sed hoc eſt dubiū apud multos qui ſupponūt pro vero ꝙ poſſunt fieri plura differētia numero ſolo in ſubiectis ſeparatis. De hoc autem diximus ſuper vij. methaphiſice diffuſius et qꝛ ratio dubia eſt ideo procedendum eſt alia via. et dicendū ꝙ aīa eſt forma et eſt motor tm̄ ſub quodam ꝑori natura eſt forma ꝙ̄ motor. Si enī eſſet motor tantum et non forma ita ꝙ coniungeretur corpori ſicut nauta naui vel ſicut homo indumento vt narrat Gregorius nizenus de platone ꝙ poſſet aſpicere quodcumqȝ corpus indifferenter: ſed quia non eſt motor niſi qꝛ ſub quodam ꝑori eſt forma. ideo ſicut eſſe formam dat ſibi aſpectum proprium ad propriam materiam ita eſſe motorem vt ſicut non eſt forma cuiuſcumqȝ corporis motrix et hoc manifeſtat ſm̄ commentatorem in expoſitione huius lr̄e diuerſitas organoꝝ. Unde dicit ꝙ membra leonis non differūt a membris cerui niſi propter diuerſitatem anime cerui ab anima leonis. Et ſi eſſet poſſibile vt anima leonis exiſteret in corpore cerui tunc natura ocioſa ageret et ſic ſm̄ hoc dictū philoſophi eſt manifeſtum in animabȝ diuerſis ſpēcie. Eſt etiam manifeſtū ſm̄ eūdem commentatorem in indiuiduis eiuſdem ſpeciei ꝙ manifeſtat diuerſitas materie que arguit diuerſitatē animaꝝ ꝛc.

ALia autem

Opinio

Poſtꝙ̄ phūs deſtruxit opinionē platonis hic deſtruit quandā opinionem affinem huic que ponebat ꝙ anima eſt armonia. et primo ponitur hec opinio. ſecundo improbatur ibi. Et quidem armonia. Dicit ergo primo ꝙ quedam alia opinio de anima tradita eſt ab antiquis multū credibilis id eſt probabilis que eſt vna numero cū p̄cedentibus que quidem opinio rationibus factis de anima in communi ꝙ communiter antiqui arguebant p̄ communia preter alias rationes particulares et directiuas probantes hanc animam eſſe quandam armoniam. ponebant enim corpus componi ex contrarijs. armoniam autē dicebant eſſe compoſitionem ꝛ temperamentum id eſt proportionem harum contrarioꝝ. ¶ Deinde ſequitur. Et quidem armonia. Ubi improbatur p̄dicta opinio. et p̄mo improbatur. ſecundo deſcendit ſpecialiter ad opinionem Empedoclis ibi Inueſtigabit autē. tercio adducuntur rationes que faciūt iſtam opinionem de armonia eſſe ꝓbabilem ibi. Et quidem igitur. quarto epilogatur tota pars precedens ibi. Quod quidem igitur. Prima in quatuor ſm̄ ꝙ hec opinio improbatur quatuor rationibus ſecūda ibi Amplius autē mouere. tercia ibi. Amplius autē qm̄. quarta ibi Cōgruit autē. Prima ratio talis eſt. Armonia vel eſt compoſitio vel ratio ꝯpoſitoꝝ ſed anima neutꝝ horum eſt ergo nō eſt armonia. hec āt ratio fundatur ſuꝑ duas ꝓpoſitiones Prima eſt ꝙ armonia eſt ꝯpoſitiō vel ratio ꝯpoſitiōis hec ꝓpoſitio manifeſtatur a ꝯmentatore dicēte ꝙ armonia aut eſt ꝓportio inter res admixtas ex elementis et hec erit ſi ꝯpoſitio corporis ex elementis eſt ſcḋm modum ꝯplexionis ⁊ tunc armonia dr̄ ratio ꝯpoſitionis aut ip̄a armonia eſt ipſa ꝯpoſitio tantum puta quā ꝯpoſitio ex elementis ē vicinatio tantū et non admixtio verbi gratia. ¶Compoſitio domus ex lapidibus et lateribus. ¶Alio mō poſſet manifeſtari iſta maior qꝛ illa que ꝯplectuntur in compoſito aliquādo ſic complectuntur ꝙ non ſaluātur quantitates eorum ſicut faciūt miſcibilia in mixto et talis compoſitiō vocatur mixtio et dicitur ratio compoſitio a philoſopho. ¶Aliquando ita complectuntur ꝙ ſaluātur ſpecies et quantitates complexorum ſicut omogenea concurrunt ad compoſitionem etheromogeneorū ſicut os et caro ad conſtitutionem manus et talis complexio vocatur a philoſopho compoſitio. Secunda ꝓpoſitio ſcꝫ ꝙ anima neutꝝ horum eſt patet ex gradatione et eleuatione formarum. nā forma mixti eleuatur ſuper formam elementi et forma anime ſuper vtramqꝫ. amꝰ ſignū eſt ꝙ anima habet alias operationes que non ſunt nec poſſunt reduci ad formam elementi vel mixti ſicut ſentire vel ymaginari ¶Mixtio autem et compoſitio non habent aliquas operationes que non ſint reducte ad miſcibilia vel compoſita aliquo modo. ¶ Deinde ſequitur. ¶Amplius autem. Vbi ponitur ſecunda ratio que eſt talis. ¶Anime eſt mouere. armonie autē non eſt mouere ergo anima non eſt armonia ſed de hac ratione dubium eſt. nam ratio fundatur ſuper duas ꝓpoſitiones quarum prima eſt ꝙ anime eſt mouere que videtur eſſe patens. ſecunda autem ꝓpoſitio eſt ꝙ armonia non mouet hanc ꝓpoſitionem aliqui declarant ſic qḋ relinquitur ex motu non mouet ſed armonia relinquitur ex motu ſicut ex motu cordarum relinquitur cōſonantia ergo armonia non mouet. Ratio non videtur multum cogēs quia non videtur impoſſibile ꝙ relictum ex motu moueat. nam ſcḋm phm̄ ſecundo huiꝰ. prima mutatio ſenſitiua eſt a generatione ⁊ eodem modo poſſet dici de appetitiua ⁊ motiua ex quo ſequitur ꝙ ſenſitiua ſiue appetitiua relinquitur ex motu generantis ⁊ tamen appetitiua imparat motum et motiua exequitur. Videtur ergo eſſe dicendum. ꝙ intentio philoſophi eſt dicere ꝙ vel armonia non mouet vel non mouet eo motu qui competit anime et per conſequens non eſt anima. ¶Anime enim eſt mouere ad multa ſicut et ipſa vegetatiua mouet ſurſum et etiā deorſū et aliter mouet motu progreſſiuo aliter motu conſtrictionis et dilatationis. Tales autem motus non conueniunt armonie. Mixtio enim et cõpoſitio non videntur agere niſi ad vnum m. ¶ Deinde ſequitur Congruit autem. Vbi ponitur tercia ratio. ¶ Ad cuius euidenciam notandum eſt ſm ꝯmentatorem ꝙ quedam ſunt forme corporales attribute elementis et quedā ſunt forme attribute anime quaꝝ differentia manifeſta eſt ex hoc ꝙ diuerſitatem contingentem in actionibus et paſſionibus primaꝝ formaꝝ poſſumus accipere ex diuerſa cõpoſitione elementoꝝ. poſſumꝰ enī dicere ꝙ actio carnis in manu eſt alia ab actione oſſis ꝓpter molliciem et humiditatē carnis et ꝓpter duriciem ⁊ ſiccitatem oſſis. hec autē nõ poſſumus dicere in ſecundis formis. nõ enī poſſumus dicere ꝓpter quā ꝯpoſitionem differant actiones ſenſus ab actionibꝰ intellectus ex hoc dicto ꝯmentatoris poteſt formari ſic ratio. ¶ Anima nõ eſt illud ꝑ quod tantū redditur ratio paſſionū corporaliū et nõ animaliū. ¶ Armonia que eſt cõpoſitio elementoꝝ eſt hmõdi ergo ⁊c. Hoc ergo eſt quod dicit lr̄a. ꝑ armoniam magis congruit dicere de ſanitate et omnino de formis corporalibus q̄ de anima Nõ enī paſſiones anime cognoſcūtur per armoniam vnde ſi aliquis tēptauerit pandere paſſiones ⁊ opera aīe quadā armonia dēfinit ⁊ nõ poterit ad hoc venire niſi difficiliter. Notandū eſt ꝙ virtutes dicūtur eſſe in triplici differencia. quedā enī ſunt virtutes que omnino videntur ſequi mixtū ſicut ſanitas que conſiſtit in ꝯpoſitione humoꝝ et de talibus poteſt reddi ratio per ꝯpoſitionē que eſt armonia. Quedam enim ſunt virtutes que licet exerceant opera ſua in organo corporeo tamen excedunt multū mixtionem ſicut vegetabilis et ſenſibilis. ⁊ ideo de talibus nõ poteſt ꝑfecte reddi ratio ꝑ armoniā. Vnde ꝯmentator nõ poteſt dici ꝑ quā ꝯplexionem differant actiones ſenſitiue ab actionibus motiue. Quedam autē eſt tercia ṽtus que nec eſt corpus nec virtus in corpore ſicut intellectus et de hac non eſt dubium ꝙ paſſiones eius non attribuūtur armonie. ¶ Deinde ſequitur. Amplius autem. Vbi ponitur quarta ratio que ſm ꝯmentatorem differt a tercia: qꝛ in tercia ꝓbatum eſt ꝙ opinantes animā eſſe armoniam deficiunt qꝛ non poſſunt perficere actiones et paſſiones anime per compoſitionem que eſt armonia. in hac autem ratione oſtenditur ꝙ iſti deficiunt quia non poſſunt perficere diuerſitatem ſubſtancie anime ex cõpoſitione et armonia. In hac autem ratione ſic procedit philoſophꝰ qꝛ diuidit armoniā ſm duos modos. ſecundo arguit ad ꝯpoſitū ibi. Neutro quidem igitur modo. Primo ergo diuidit armoniam. proprie enim et primo modo inuenitur armonia in habentibus magnitudinem et motum et ordinationem ſiue poſitionem ordinatam et hoc cum compoſitio iſtorum ſic congruit vt nullum congeneum id eſt vt nullum requiſitum ad naturā illius generis deficiat eo modo quo dicimus armoniam eſſe in cithara quando nō deficit aliqua corda vel fractus cordarum vel aliquid huiuſmodi. ¶ Alio modo dicimus armoniam eſſe rationem id eſt proportionem eorum que miſcentur eo modo quo dicimus ꝙ ſanitas conſurgit ex debita mixtione elementorum. Primum genus armonie eſt in illis que ſunt in ꝯpoſito ſaluis qualitatibus ſuis ſicut lateres et lapides in domo. Secundum autem eſt in mixtione que ſm philoſophum primo de generatione eſt alteratorum vnio. ¶ Deinde ſequit̄ Neutro quidem igitur modo. Ubi premiſſa diſtinctione armonie arguitur ad ꝓpoſitum. et primo probatur ꝙ anima nō eſt armonia primo modo. ſecundo ꝙ non eſt armonia ſecundo modo ibi Similiter aūt. Ratio prima talis eſt Compoſitio ꝑtiū corporis ⁊ diuerſitas eiuſdem multū eſt manifeſta. diuerſitas aūt in ꝑtibus anime multū eſt occulta ex quo ſequitur ꝙ hec diuerſitas ſecūda nō eſt attributa prime hoc eſt ergo quod dicit lr̄a Neutro igitur modo rationabile eſt eſſe animam. compoſitio enim partiū corporis que dicit armoniam primo modo multum eſt inueſtigabilis. Facile enī eſt ſcire ordinē carnis ad oſſa vel vtriuſq; ad neruum. facile eſt enī ſcire ꝙ ꝯpoſitiones partium corporis multe ſunt et multipliciter de anima non eſt ſic. cuius enim ſcȝ compoſitionis et quomodo ſcȝ ꝑ quam compoſitionem congruit accipe intellectū vel ſenſum vel appetitum non eſt manifeſtum eſſe diceret ſicut per compoſitionem nō poſſunt bene reddi paſſiones et operationes anime vt dictū eſt in p̄cedenti ratione ita non p̄t bene reddi diſtinctio inter ꝑtes aīe ſicut inter intellectū et ſenſum ¶ Deinde ſequitur. Similiter autem. Ubi probatur ꝙ anima non eſt armonia ſecūdo modo ſm ꝙ armonia dicitur mixtio et eſt ratio talis. ſm alietatem ꝑtium vel membrorum eſt alia ratio mixtionis. ſi ergo anima eſt ratio mixtionis ſequitur ꝙ in eodem homine ſint diuerſe anime ſm diuerſas mixtiones et hoc eſt quod dicit lr̄a quia ſimiliter inconueniens eſt animam eſſe rationem mixtionis que eſt armonia ſecundo modo. Non enī eſt eadem ratio mixtionis ſm quā eſt caro et ſm quam eſt os. accidit ergo multas animas habere omne corpus ſm diuerſas mixtiones membrorum. cuius ratio eſt: quia omnia ſunt complexa ex elementis ¶ Ratio autem commixtionis ponitur armonia & aia. ¶ Comentator coguntur isti dicere q in eodē sunt multe anime et eciā in quolibet membro est anima et in toto corpore est anima aut dicere que est dr̄a inter armoniam que facit membrū & armoniam que facit animam quia si omnino est eadem sequitur q scdm diuersitatem mixtionū et armoniarum sequatur diuersitas aīarum sicut q alia est aia carnis et ossis ¶ Deinde sequitur. Inuestigabit autem. Ubi specialiter philosophus descendit ad opinionē empedoclis ostendens eam fuisse insufficientem quia non potuit satisfacere dubijs que sequuntur ex ea. ¶ Ostendit autem hoc tribus modis secundus ibi. Amplius autem. tercius ibi. Et hoc. Primo ergo ponitur prima ratio. ¶ Ad cuius euidenciam notandum est q empedocles posuit q corpus animatū consistit in quadā proportione et mixtione. animā etiam dixit esse armoniam Queretur ergo ab eo utrum mixtio sit idem qd armonia quam dicit animam uel alia q si idem sequitur. q ex quo ibi sunt multe mixtiones erunt multe anime Si autem aliud cum ipsa proportio mixtionis sit armonia corporis sequitur q anima nō est armonia corporis cuius tamē contrarium dicit. et hoc est quod dicit littera q aliquis inuestigabit ab empedocle qui posuit unūquodqz corpus animatum habere esse quadam ratione id est p quandam proportionem et armoniam. Utrum anima per quā hz eē corpus sit illa ratio id est proportio aut aliquid alterū. si enim est idē sequitur q sunt diuerse anime in eodem cum huiusmodi proportio sit alia diuersa in diuersis partibus suppleatur lr̄a. si autem est alterum sequitur q anima nō est armonia corporis. ¶ Deinde sequitur. Amplius autem. Ubi ponitur secunda ratio. Posset enī aliquis dicere q anima nō est mixtio uel proportio elementorū sz quid causatū ex concordi mixtione elementorū. Contra hoc arguit philosophus quia talis concordia causans animam aut est concordia cuiuslibet mixtionis et tunc ubicumqz est mixtio ibi est anima quod est impossibile aut aliqua specialis mixtio est causa et tunc Empedocles insufficienter dixit quia eam non assignauit. et hoc est quod dicit littera. Amplius autem. Querendum est utrum concordia cuiuslibet mixtionis sit causa scz anime & hoc est impossibile quia tunc ubicumqz esset mixtio esset anima aut mixtio eius que est scdm rationem scz specialem est simple causa anime et tunc debuit dicere que est illa. ¶ Deinde sequitur Et hoc. Ubi ponitur tercia ratio. Si enī ponat q aia est causata a mixtione aut est idem qd ipsa et hoc est impossibile quia idē nō est causa sui ipsius aut alterum et tunc insufficienter dixit Empedocles quia non assignauit quid est istud alterum non enī videtur ꝙ anima sit causata a ꝯplexione et maxime quo ad intellectū quia non est corpus nec virtus in corpore et hoc est quod innuit lr̃a. Et querendum est vtrum hec sit ipsa ratio id est proportio a qua causatur aut aliquid alterum preter rationem. quocumqꝫ enim modo dicatur sequitur inconueniens vt dictum est. ¶ Deinde sequitur Hec quidem igitur Vbi postq̄ ꝓbauit animam non esse armoniam hic arguit pro illis qui ponebant eam armoniam ⁊ ponit duas rationes. secūda ibi. Ad hoc autē Dicit ergo ꝙ hec que dicta sunt habent huiusmodi dubitationes ꝙ si dicatur sicut dicit Empedocles sic poterit dubitari sicut dubitatum est. Pro parte vero opposita sunt argumenta. Si enī anima est alterum quid a ꝯmixtione quid est ꝙ animal interimitur remota carne ⁊ alijs partibus animalis q̄si diceret illud quo remoto remouetur anima videtur esse idem cū anima sed remota mixtione remouetur aīa ergo ⁊c. Notandum est ꝙ argumentū non cogit non enī nisi quia subtracto corpore subtrahitur anima vegetabilis ⁊ sensibilis ideo hoc ē idem cum illo. hoc enī nō oritur ex idemptitate sed potius quia subtracta materia et organo per quod exercentur operationes subtrahitur forma ad cuius existentiam requiritur talis materia vel tale organū. ratio autē non habet locum in anima intellectiua qui potest esse extra materiā. ¶ Deinde sequit̄ Ad hoc autē. Vbi ponitur secūda ratiō ꝗ est talis. Deficiente anima deficit vnaqueqꝫ partium corporis. hoc autem non potest esse nisi quia anima idem est ꝙ mixtio corporis et etiam quia vnaqueqꝫ pars corporis habet animam et hoc est quod dicit littera. Ad hoc autem siquidem vnaqueqꝫ partium non habet animam et si anima non est ratio compositionis quid est ꝙ deficiente anima corrumpitur vnaqueqꝫ partium. Notandum est ꝙ argumentū non cogit. talis enī corruptio non est ꝓpter idemptitatem sed q2 anima ꝯtinet corp9 et mixturam eiusdem et ideo sublato continente soluitur corpus. Preterea corp9 nō corrumpitur immediate ad corruptionē anime sed magis sublata anima soluitur forma mixtionis ⁊ sic corrumpitur corpus. Vtrum āt forma mixtionis et anima dicant duas formas requirit aliam speculationem. Ad minus enī dicunt duas rationes ⁊ si dicant duas res sicut ponitur ꝓbabiliter tūc statim apparet ꝙ argumentum nō valet ¶ Deinde sequitur. Nos quidem igit̄. Vbi ꝯcludit ꝓ ꝯcluso. vn̄ dicit ꝙ manifestū est ex dictis ꝙ anima non est armonia et ꝙ non circulariter moue͂. ẜm accn̄s autem moueri pt̄ ſicut dictū eſt. contingit em̄ aiam mouere ſeipām et ꝑ ꝯſequens aiam moueri vt quid in quo .i. mouetur ad motū eius in quo eſt ſcꝫ corporis. hoc autem corpus moue͂ ab anima et ſic anima mouet ſeipſam ꝑ accidens. aliter autē impoſſibile eſt eā moueri ẜm locū. Notandum eſt ꝙ nobis motis mouentur ea que ſunt i nobis et ideo moto corꝑe moue͂ anima. ex quo pt̄ ſic argui. anima mouet corpus ſed moto corꝑe moue͂ anima ergo anima mouet ſeipām ꝑ accn̄s q2 ꝑ motū corꝑis ꝛc.

Racionabilius aūt

Poſtꝙ̄ phūs ꝓbauit ꝙ anima non mouetur hic ponit quandam dubitationē ẜm quam ꝓbabiliter arguitur ꝙ anima mouetur et primo ponitur dubitatio aīi motiuo eius. ſcd̄o ſoluit ibi. Hoc autem non eſt. Primo ergo arguitur ſic. Anima triſtatur et gaudet ꝛ ſic de alijs paſſionibꝫ. ſed tales paſſiones videntur eſſe motus ergo anima moue͂. et hoc eſt qđ dicit lr̄a ꝙ de ipſa anima racōnabilius dubitabit aliquis ꝙ̄m dubitauerunt p̄cedentes tanꝙ̄ de ipſo ꝙ mouetur conſiderans et arguens in hmōi ſcꝫ paſſionibꝫ. Dicimus em̄ animā triſtari ꝛ gaudere confidere et timere iraſci ſentire et intelligere. hec autem omnia videntur eſſe motus. vnde opinabit͂ aliquis iſtā animā ꝓpter hmōi paſſiones moueri ¶ Deinde ſequitur. Hoc āt nō eſt. Ubi oſtēdit ꝙ argumentū nō cogit ꝛ ꝙ nō dꝫ concedi animā moueri ꝓpt͂ iſtas paſſiones. ꝛ p̄mo ponit ſolutio. ſcd̄o ꝯfirmat ibi Dicere āt iraſci Prima in duas q2 primo ponit ſolucō ſcd̄o manifeſtat quoddā dubiū ibi. Intelligere autē. Dicit ergo primo ꝙ ſuppoſito ꝙ p̄dicta dicāt motū tn̄ nō eſt neceſſe animā moueri ſed magis corpus. Si enim gaudere aut dolere et intelligere ſint motus ẜm vnumquodqꝫ iſtorum mouetur animal tn̄ nō aīa ꝓprie quia tales motus nō ſunt ab anima ſicut iraſci ꝛ timere in eo ꝙ cor vel aliquod aliud organū mouetur. Si enim intelligere ſit motus vel iraſci vel aliquod ſimile tamen talis motus magis reſpicit organū ꝙ̄ animam. Cū em̄ animal iraſcitur tunc accenditur ſanguis et mouetur cor et per conſequens talis motus magis eſt in organo ꝙ̄ in anima ¶ Deinde ſequit͂. Intelligere autē. Ubi manifeſtat quod dictū eſt. dixit em̄. Si gaudere aut dolere et intelligere ſint motus. Ubi poſſet aliquis credere ꝙ eſſet vniformis ratio de iſtis omnibꝫ. hoc aūt dt phūs non eſſe verū. intelligere em̄ eſt alterū aliquod ab omnibꝫ iſtis q2 intellectus nec eſt corpus nec virtus in corpore et ꝑ ꝯn̄s intelligere nullo modo dicitur motum nec ꝑ ſe nec ꝑ organū niſi ſm illos qui ponunt ꝙ intelligere ſit ꝑ organum corporeum et ſic eſt vna ratio de intelligere et alijs. ¶ Alia etiam omnia non habent vnam rationem quia de numero aliorum motorum quedā accidunt ſm loci mutationem quedā ſm alteracōnem alia autē ſunt huiuſmodi et quomodo accidūt eſt alterius rationis. Notandū eſt ꝙ eorum que ſiūt cum motu corporis eſt dr̄a qꝛ in quibuſdā paſſionibus ſit motus organis ſm locū ſicut pꝫ in ira que ſit motus quibuſdā partibus ipſius corporis ſcꝫ corde ſanguis circa extra mouetur ad partes interiores motus a feruore cordis. Quedam vero ſm alterationem. nam ex ad preſentiam terribilis contrahitur et infrigidatur et ꝑ ɔñs alteratur homo et palleſcit. In hijs ergo paſſionibus imaginabimur gradus quia in paſſionibꝫ a potentia appetitiua ꝓprie oriuntur motus ſi ꝓprie patiuntur ſed per organum ſicut eſt motus corporis vel accenſio ſanguinis. In potentia autē ſenſitiua minus oriuntur quia ſenſus ſunt ſuſceptiui ſpecierū ſine materia in intellectu autē nullo mō: qꝛ nec ꝓpter ſe nec ꝓpter organū cū nō ſit corpus nec virtus in corpore. ¶ Deinde ſequit. Dicere autē iraſci animā. Ubi manifeſtat ſuā ſolutionē et pꝛimo in paſſionibꝫ appetitiuis. ſecundo in iſto intellectu ibi. Intellectus autē. ¶ Quātū ad pꝛimū notandū eſt ꝙ philoſophus dicit. qꝛ motus nō ꝓprie eſt in anima ſꝫ in organo ſicut in corde vel in aliquo alio. In quibuſdā autē actionibꝫ organa ſunt manifeſta ſicut organū conſpiciendi vel terendi. In paſſionibus autem appetitiuis organum quod mouetur non eſt manifeſtū: quia intrinſecum eſt. Ex hoc aliquis poſſet moueri ad credendum ꝙ motus paſſionum attribuantur anime quod excludens philoſophus dicit ꝙ dūmodo organum moueatur ſiue ſit intrinſecum ſiue extrinſecum nichil variatur in re. quia actiones et paſſiones anime que ſiunt per organa ſunt coniuncti. ſiue illa organa ſint extrinſeca ſiue intrinſeca. ipſum etiam intelligere eſt coniuncti: quia licet intelligere non communicet organo tamen cōmunicat cōmunicanti organo ſicut fantaſie. hoc viſo patet littera que dicit ꝙ dicere animam iraſci et non ipſum coniunctum ſimile eſt ac ſi aliquis dicat animam texere vel edificare quaſi diceret philoſophus. texere et edificare ſunt compoſiti et per conſequens iraſci nec eſt differentia niſi in hoc quia ibi motus ſunt in organis apparentibus. texere enim et edificatio ſiunt per membra apparentia motus autem iſtorum eſt in membris occultis. et ideo vtrumqꝫ eſt coniuncti. ¶ Unde melius fortaſſis eſt non dicere animam miſereri aut addiſcere aut cū animā intelligere sed magis hominem ꝑ animā non quia motus sunt in aīa sed quia alterius de mō motuū sunt vsq; ad illā .i. aīam ⁊ si motus sensuū. sensatio em̄ est motio facta a sensibilibꝫ in sensum alteri autē motus sunt ab illa .i. aīa vsq; ad res. reminiscentia em̄ est motus ab illa .i. aīa qui mot9 aut quietes sunt in sensibilibꝫ organis et nō in anima .q.d. motus qui sunt ab anima et ad animā cōcernūt organū sensibile ⁊ per ꝯñs sunt ꝯpositoꝝ. ¶Notandū est ꝙ cōmentator hoc dcm̄ de reminiscēcia sic exponit dicens ꝙ motus cuius principiū est extrinsecus ⁊ finis in anima est motus sensus. ¶Motus autē cui9 principiū est in aīa et finis extra est motus rememorationis et iste motus rememoratiōis forte ꝑuenit ad sensum ⁊ forte nō. Virtus em̄ rememoratiua quādo mouet ymaginatiuā tūc ymaginatiua mouebit sensus ⁊ forte nō mouebit. ¶Et idem ꝯmentator in fine eiusdem in ꝯmenti. iste mot9 c9 principiū est ab anima scꝫ rememoratio forte remanebit in corpe quod est instrumentū illius virtutis et forte ꝑtransibit ad aliud quousq; ꝑueniat ad sensum .i. ad instrumentū sensuū.

Intellectus aut Postq̄ soluta est q̄stio q̄tū ad passiones appetitus hic soluitur q̄stum ad ipsum intellectū. ¶Ad cuius euidentiā notandū est ꝙ intellectuale et rationale dicitur duobꝫ modis sicut habetur ex primo ethicoꝝ. ¶Est em̄ intellectuale et rationale ꝑ essenciam et ꝑ quandā ꝑticipationē. hoc em̄ modo dicimus ꝙ cōcupiscibilis et irascibilis sunt rationales q2 ꝑticipant rationē. Si em̄ nō essent rationales aliquo modo nō essent in eis virtutes morales nec essent ordinate ad honestū et turpe in moribus. Primo ergo agit phūs de primo intellectuali scꝫ per essenciā. scd'o de eo quod est ꝑ ꝑticipationem ibi. ¶Intelligere autē vt amare. Prima in duas q2 primo agitur de intellectu sm̄ substāciam. secundo de actu eiusdem ibi. Intelligere autē Prima in duas quia primo ponitur ꝯclusio intenta ⁊ dicitur ꝙ intellectus videtur esse quedam substācia in fieri quā nō cognoscit corrumpi. est ergo cōclusio ꝓbanda ꝙ intellectus non corrumpitur. ¶Notandū est sm̄ cōmentatorem hic ꝙ phūs hic ꝑ intellectū intendit intellectū materialem qui comprehendit intentiones omniū entium et hoc voluit dicere phūs in līa ꝙ intellectus est substancia in fieri q2 pōt cōprehendere omnes intentiones. Unde in tercio huius dicitur ꝙ intellectus ē possibilis omnia fieri. ex hoc autē potest cōcludi ꝙ est incorruptibilis. Virtus autē que potest omnia fieri nec est corpus nec virtus i corpe intellectus possibilis est huiusmodi ergo nõ est corpus nec virtus in corpore & p̄ cõñs nõ corrũpit̃ ad corruptionẽ corporis. Bene ergo philosophus primo p̄mittit q̄ intellectus ẽ subã in fieri. secũdo subdit q̄ est incorruptibilis. ¶ Deinde sequit̃. Maxime autẽ. Ubi p̄batur intentũ & est ratio p̄bans talis. Si intellectus corrumperetur maxime videretur corrumpi in senio qñ scz organa corrumpũtur sed hoc modo nõ corrumpitur q2 nec potẽcia sensitiua de qua magis videt̃ corrumpit̃ in senio sed magis organũ in cuius signũ est q2 si senex acciperet oculũ iuuenis videret sicut iuuenis. hoc est ergo qđ dicit l̃ra. Si autẽ corrumperetur intellectus maxime corrumperetur ab ea debilitate que est in senio quia tũc debilitantur organa potenciarũ sic autẽ nõ est. Sed forte sic accidit quemadmodũ in sensitiuis potencijs. Ibi non corrumpitur potencia sed organũ. Si enĩ acciperet senior oculũ iuuenis videret vtiq2 sicut iuuenis ex quo sequitur q̄ seniũ nõ est ex hoc q̄ aĩa sustineat aliquid corporis sed magis illud corpus in quo est anima sicut accidit in ebrietatibus et infirmitatibz. tunc enĩ impediuntur organa sensuũ et p̄ cõñs impeditur intellectus nõ p̄pter se sz p̄pter sensus impeditos. ¶ Quereret aliquis vtrũ simile sit de sensu et intellectu q̄tũ ad corruptionẽ videtur q̄ sic p̄ philosophũ in l̃ra qui dicit q̄ forte accidit in intellectu quẽadmodũ in sensitiuis. ¶ Ad oppositũ quia intellectus separatur ab alijs potencijs sicut perpetuum a corruptibili quod quidẽ nõ potest dici de sensu. Dicendũ est q̄ non ẽ simile de vno et de alio q2 substancia intellectus nullo modo corrumpitur nec p̄ se nec p̄ accñs. sensitiua autẽ ad minus in alijs ab hõie licet nõ corrumpatur p̄ se tñ corrumpitur ad corruptionẽ cõpositi. In homine autẽ supposito q̄ sensitiua & intellectiua sint vna substãcia tñ anima separata nõ habet actũ senciendi p̄pter defectũ organi. habet tñ actũ intelligendi. ¶ Ad argumentũ potest dici q̄ non est intencio philosophi dicere q̄ omnino sit in intellectu sicut in sensu. sed magis vult dicere q̄ si in sene nõ corrumpatur sensus multo minus intellectus. ¶ Alio modo p̄t respondere s̃m commentatorem. q̄ intencio philosophi est dicere q̄ si intellectus corrumperetur haberet instrumentũ corporale et tũc accideret apud senectutẽ q̄ debiliter intelligeret et cũ hoc nõ sit sequitur q̄ nõ habet instrumentũ corporale. ¶ Alio modo respondent alij q̄ quãdo philosophus dicit forte autẽ loquit̃ de intellectu non s̃m opinionẽ p̄priã sed illorũ qui posuerunt intellectũ virtutẽ organicam. hoc enĩ supposito accidit de intellectu sicut in sensu. imo videtur q̄ intellectus sit sensus. ¶ Deĩn sequit̃ Intelligere enti. Ubi poſtq̄ dixit de ſbā intellectus hic intendit de actu intellectus. ¶ Ad cuius euidentiā notandum eſt ꝙ licet intellectus nō corrumpatur tñ quia in ſua actione indiget intentione imaginata et fantaſmate ideo poteſt impediri actio intellectus ad impedimentū fantaſmatis et ideo dicitur corrumpi intelligere quodam intellectus corrupto. corrupto enī fantaſmate. licet anima ſepata intelligat tñ non intelligit ſm modū anime coniuncte quia non mediante fantaſmate hoc viſo patet littera que dicit ꝙ intelligere ⁊ cōſiderare marceſcunt. i. corrumpuntur. littera cōmenti habet dicebatur ꝙ interius corrupto ſcilicet fantaſmate ipſum autē ſcʒ intellectū impoſſibile eſt corrūpi quo ad ſubſtantiam ſuam cōmētator in expoſitione huius lr̄e dicit et accidit ꝙ intelligere quõqʒ ſit in potentia quõqʒ in actu nō quia intellectus ſit generalis et corruptibilis ſed quia intrat corpus aliquid corrumpitur et poſt declarabit ꝙ hec eſt intentio imaginata ⁊ intellecta et hec eſt qđ dicit Ariſtoteles in tercio tractatu intellectū poſſibilem. ¶ Deinde ſequitur Intelligere autē. Ubi oſtendit ꝙ intellectus ꝑ ꝑticipationem corrumpitur ad corruptionem compoſiti ſicut et amare et odire que ſunt paſſiones concupiſcibiles. et hec eſt quod dicit littera. Intelligere autem ſcilicet ſm actum aut amare et odire que ſcilicet ſunt paſſiones concupiſcibilis ꝑticipantis rationem non ſunt paſſiones illius ſcʒ anime tm̄ ſed illius ſcʒ coniuncti habentis illū ſcʒ intellectū ſm ꝙ habet illū ſcʒ intellectum ⁊ ideo hoc corrupto ſcʒ coniuncto anima neqʒ memorat neqʒ amat. quia memoria ⁊ amor nō erant paſſiones illius ſcʒ anime ſʒ communis. i. cōiūcti quod quidem deſtructū eſt. licet autē hec corrumpantur intellectus tñ ſm ſubſtantiam ſuam fortaſſis eſt aliquid diuinius et impaſſibile et ideo nō corrumpitur. ¶ Quereret aliquis quomō odire et amare ſunt paſſiones illius ſm ꝙ habet illum vt dicitur in lr̄a. Dicendū eſt ſm cōmentatorem in expoſitione lr̄e ꝙ amor et odiū attribuuntur rationi que recipiunt actionē rationis In hac enī ꝑte anime ſcʒ concupiſcibili videtur ꝙ nō ſit aliquid rationabile qđ eſt obediens intellectui in omnibus homīs ⁊ ideo iſte actiones nō ſunt intellectus ſed magis virtutū habentium. i. ꝑticipantiū hanc actionem intellectus ⁊ hec eſt qđ dicit lr̄a quia ſunt actiones huius nō ſimpliciter ſed ſm ꝙ habet illum ſcʒ intellectum. q. d. cōmētator hee actiones ſunt rationabiles nō per eſſentiā ſed ꝑ ꝑticipationē. ¶ Deinde quereret aliquis quō phūs cōiunxit cū odio et amore intelligere dicens. Intelligere autē ⁊ amare et odire. ac ſi intelligere corrumpatur ſicut paſſiones appetitiue.

Dicendum eſt ſm aliquos ꝙ philoſophꝰ non loquitur hic de intellectu ſm opinionem ꝓpriã ſed illorum qui ponebant ꝙ intellcūs eſſet ſenſus ſm hoc enĩ intellectus eſſet corruptibilis et ideo phūs volens corrigere hanc opinionē ſtatim ſubiungit. Intellectus autem eſt diuinꝰ. ¶ Alio mō pt̄ dici ꝙ loquitur de actu intellectus qui corrūpitur ex quodã interiꝰ corrupto vt iam dictū eſt. vel forte melius accipit intellectionē largo modo ꝓ actu alicuius potencie ſenſitiue ſicut exiſtimatiue vel memoratiue et ideo ſtatim ſubiungit ꝙ hoc corrupto anima nō memoratur. ſ. memoria ſenſitiua nec amat paſſione ſcꝫ amoris que eſt in appetitu ſenſitiuo concupiſcibili. Deinde philoſophus epilogat p̄dicta dicens ꝙ manifeſtū eſt ex hiis ꝙ nō eſt poſſibile aīam moueri. ſi autem nullo modo moueatur multo magis nō mouetur a ſeipſa. Commentator. Manifeſtū eſt eē impoſſibile ꝙ aīa moueatur. In quibuſdã autē partibus ſicut in intellectu nō mouetur nec eſſencialiter nec accidentaliter. In quibuſdã vero accidentaliter ꝛ non eēncialiter ꝛc.

Multum aũt huius Poſtꝗ̃ phūs improbauit opinionē illoꝝ qui venabãtur aīam ex motu oſtēdendoꝗ aīa non mouetur hic improbat opinionē illoꝝ qui dicebant animã eſſe numerũ ſeipſum mouentem quaſi venantes eã cognitione et motu vt dictū eſt ſupra ꝛ duo facit qꝛ primo ponit ꝙ multa impoſſibilia accidūt huic opinioni. ſecundo narrat ibi. Quomodo enĩ opꝫ. ¶ Quantum ad primū dicit lr̃a ꝙ hiis que dicta ſunt irrationabilius multum eſt dicere animam eſſe numerum ſeipſum mouentem quaſi diceret hec opinio ē irrationabilior aliis. Unde commentator. Sermo qui dicit animã eē numerum ſeipſum mouentem eſt magis remotus a ratione et minoris ſufficiencie. contingunt enim multa impoſſibilia. Primo quidē illa que contingūt ex motu de quibus dictum eſt ſupra et hoc quia iſta poſitio dicit aīmam ſe mouere et hoc eſt quod dicit lr̃a. Inſunt enim hiis. ſ. ſic opinãtibꝫ primo impoſſibilia accidencia ex ipſo moueri. ſecundo ſunt impoſſibilia propria ex ratione numeri quia hec poſitio dicit animam eſſe numerū. Unde lr̃a. ꝓpria autem ſcꝫ impoſſibilia ex eo ꝙ dicunt eam eſſe numerū. ¶ Deinde ſequitur. Quomodo enĩ oportet intelligere. Ubi deſtruit poſitionem numerando impoſſibilia que ſequūtur et primo adducit impoſſibilia. ſecundo oſtendit ꝙ ex diffinitione data ſcꝫ ꝙ aīma eſt numerus ſeipſum mouens nō contingit reddere paſſionē aīe ibi. Cōplectentibꝫ igitur. Prima in duas qꝛ primo phūs ducit ad inconueniēcia que ſunt ꝓpria huic opinioni. ſecundo ad inconuenientia que ſunt communia opinionibus quorundā aliorum ibi. ¶ Accidit autē. Prima in ſex diuiditur ſcdm ſex inconuenientia. ſecundū ibi ¶ Amplius autē qm̄ dicunt. tertiū ibi. ¶ Amplius autē a nūo. quartū ibi. Videbitur autē. quintū ibi Contingit quodammodo. ſextū ibi ¶ Amplius autē. Prima ratio fundatur ſup tres ꝓpoſitiões Prima ſupponitur ⁊ eſt ꝙ ſi aīa eſt nūs eſt unitates qꝛ nūs non eſt niſi collectio unitatū. ſecunda ꝓpoſitio ē ꝙ ſi eſt unitas eſt unitas mota a ſeipſa ſicut erat nūs mouens ſeipm̄ quia eadem ratio eſt de numero et unitatibus. tercia ꝓpoſitio eſt ꝙ impoſſibile eſt ꝙ unitas moueat ſeipſam quia in re impartibili ſicut ē unitas impoſſibile eſt dare differentiam mouentis et moti. Hoc viſo patet littera que dicit. Quomodo enim oportet intelligere ipſam animam eſſe unitatē motam quaſi diceret ſi anima eſt numerus ſe mouens eſt unitas mota. hoc autē eſt impoſſibile quia non eſt ibi intelligere a quo moueatur talis unitas et quomodo ſcilicet moueatur ipſa unitate exiſtente indifferente ⁊ impartibili quaſi diceret in re impartibili non poteſt aſſignari differentia mouentis ⁊ moti nec poſſumus dicere unitatē impartibilem ⁊ indifferentem eſſe motam. eſt ergo ratio in breui Si anima eſt numerus ſe mouens eſt unitas mota conſequens eſt impoſſibile ergo ⁊ an̄s ¶ Deinde ſequitur. ¶ Amplius autē Ubi ponitur ſecūda ratio que fundatur ſup tres ꝓpoſitiões. pma eſt ꝙ oē motū hꝫ ſitū et poſitionē ex qua ſequit ꝙ ſi aīa eſt unitas mota ē habens ſitū ⁊ poſitionē. ſecūda ꝓpoſitio eſt ꝙ unitas hñs poſitionē idem eſt ꝙ punctus. qꝛ ſicut dꝛ pmo poſteriorꝝ pūctus eſt ſubſtantia poſita ex hoc ſequitur ꝙ ſi aīa ſit unitas poſitionē habens ſicut ꝓbatum eſt in pma poſitiōe ꝙ ipa ē pūctus tercia ꝓpoſitio accipit ex dicto mathematicorꝝ ſcꝫ ꝙ motus et fluxus pūcti facit lineā. Ex quo ſequit ꝙ ſi aīa eſt pūctus ꝙ effectus eius eſt linea. Ex hijs ꝓpoſitiōib; formet ratio in breui ſic ſi aīa eſt unitas mota eſt hñs ſitū et ꝓ ꝯñs eſt pūctus ſed effectus pūcti eſt linea ergo erit cauſa effect9 aīe. ꝯñs falſum eſt. quia aīa efficit viuere ⁊ non lineā. hoc viſo patet lr̃a que dīt ¶ Amplius autē. qm̄ dicunt ſcꝫ methaphiſici lineā motam .i. lineā ex motu et fluxu ſuo facere planū .i. ſupficiē punctū autē ex fluxu ſuo dicunt cauſare lineā. ꝙ ſi hoc eſt verū ſequit ꝙ motus unitatū ex quibꝫ ꝯponit ſcꝫ anima erunt linee .i. ſequit ꝙ talis unitas cauſat lineā cuius ratio eſt qꝛ unitas hñs poſitionē eſt punctū. talis autē eſt unitas anime qꝛ numerus anime eſt alicubi .i. determinat ſitū et habet poſitionē. Hoc autē iudiciū eſt de nūo ⁊ unitate. Deinde ſequit ¶ Ampli9 aūt. ubi ponit tercia ratio et eſt ratio talis. de ratione nūi eſt ꝙ ſubtracta vel addita vnitate mutatur ſpecies. Si em̄ a nūmero auferat aliquis vnitatē aut numerū ſemꝑ relinquitur alius numerus. ſicut ſubtracta vnitate a quaternario fit ternarius addita autē fit quinarius. hec aūt nō ſoluātur in animalib9. qz plante et etiā multa animaliū diuiſa viuunt ⁊ dicūtur hr̄e eandē animā ſpecie. Cōmentator: Actio aie videt eē in co. qualis et nō quāti et ſi actio aie eēt in quātitate ↄtingeret vt aīa que remanet in plantis eſſet diuerſa in ſpecie a priori. ſed tn̄ aduertendū ꝙ dictū ↄmentatoris nō hꝫ veritatē de omni quāto. de q̄nto diſcreto ſicut eſt nūs. ſpecies em̄ nūi eſt in determinata m̄ltitudine quā precipue determinat vltima vnitas et iō addita vel ſubtracta tali vnitate mutatur ſpecies et ideo volunt dicere ↄmētatores ꝙ ſi anima eſt nūs eſt quantitas diſcreta ex quo ſequitur ꝙ diuiſa anima mutatur ſpecies qḋ tn̄ apparet falſum in plantis et in animalibus diuiſis. In quātitate autē ↄtinua nō habet veritatē dictū ↄmentatoris cuius ratio eſt quia eſſentia talis quantitatis conſiſtit in vnitate. nam continuū eſt quoddam vnum que quidem vnitas ita ſaluatur in toto ſicut in parte

Deinde ſequitur. Videbit aūt Vbi ponitur quarta ratio que fundatur ſuꝑ duas ꝓpoſitiones. prima eſt ꝙ om̄e motū eſt corpus ex quo ſequitur ꝙ ſi aīa ↄponat ex vnitatibus motis ↄponitur ex corporibus ⁊ ꝑ ↄñs hec opinio nō differt ab opinione democriti qui poſuit ꝙ aīa ↄponitur ex corporib9 paruis. Secunda ꝓpoſitio eſt ꝙ omne corpus motum ſiue ſit paruū ſiue magnum mouetur ab alio quia magnum et paruum non variant in hoc quia ratio quanti ſaluatur in vtroqꝫ. Si ergo eſt dare corpora parua vel vnitates motas eſt dare mouens quod magis eſt aīata q̄ vnitas mota. eſt ergo ratio in breui ꝙ anima nō eſt mouens et mota ſed eſt mouens ſolum. quod quidem neceſſario datur ſi datur vnitas mota ſicut dabant iſti. hec eſt ergo quod dicit littera dicere vnitates et corpora parua nichil differt. cuius ratio eſt quia vnitates mote ſunt corpora vt oſtenſum eſt namqꝫ Democriti ſperis ſi fiāt puncta id eſt ſi ſpere democriti ſunt adeo parue ꝙ videantur eſſe puncta. tamen erit quid in ipſo ſcilicet paruo ꝙ ipſa mouebit quia ſi eſt dare motum oportet ꝙ hoc ſit mouens et hoc quod mouetur et ita in corporibus paruis habet veritatem ſicut in omni continuo. cuius ratio eſt quia hoc quod dictum eſt ſcilicet ꝙ in omni quanto moto eſt dare mouens accidit quia motum ē continuum et non qz differunt magnitudine aut paruitate. ex hijs ſequitur ꝙ neceſſe eſt aliquid eſſe motiuū vnitatum que dicuntur cōponere animam quare non mouēs et quod mouet eſt anima ſicut ponebant iſti. ſed mouens ſolum. ſi autē anima eſt quod eſt quid mouens in animali. ſequit ꝙ id quod eſt mouens in numero eſt anima. ita ꝙ aīa non eſt numerus ſe mouens ſicut ponebāt iſti ſed magis deberet poni ꝙ anima eſt mouens numerum ¶ Deinde ſequit. Contingit quodammodo. Ubi ponitur quinta ratio et eſt talis Si anima ꝯponitur ex vnitatibus. ¶ Omne corpus eſt animatū ꝯſequens eſt impoſſibile ergo ꝛ antecedens. ¶ Circa hanc rationē ſic procedit phūs quia probat duas conſequentias. prima eſt ꝙ ſi anima componitur ex vnitatibus componitur ex punctis quia talis vnitas componens non eſt niſi punctus. ſecundo probat ꝙ ſi ꝯponatur ex punctis oē corpus eſt animatū. ſecunda ꝓbatio ibi. Siquidem igitur ſunt altere. Prima ꝯſequentia ſic ꝓbatur Unitas ꝯponens animam differt ab vnitate abſoluta quia hec vnitas eſt mota quod non eſt in vnitate abſoluta ex quo ſequitur ꝙ differt penes ſitum quia omne motū exigit ſitum. ſed vnitas habens ſitum idem eſt quod punctus ergo vnitates componentes animā ſunt puncta et hoc eſt quod dicit littera Cōtingit quodāmodo vnitatē hāc ſcʒ que componit animam contingit eſſe ſcʒ motam. oportet autem illi vnitati que ſcʒ componit ineſſe differentiam ad alias vnitates ſcilicet abſolute acceptas et hec differentia eſt penes poſitionem. quia puncti ſolitarij id eſt vnitatis abſolute que erit differentia ad alias vnitates materiales niſi poſitio. i. ꝑ poſitionem et ſitum ¶ Deinde ſequitur. Siquidem ergo ſunt altere Ubi ꝓbatur ſecūda ꝯſequentia ſic Si anima ꝯponatur ex punctis vel pūcta anime ſunt alia a pūctis corporis et tūc cū anima ſubintret totum corpꝰ hec pūcta et illa ſunt in eodem loco aut ſunt eadem ita ꝙ numerus anime non eſt niſi numerus punctoꝝ corporis. cū ergo in omni corpore ſint puncta ſequitur ꝙ oē corpus ſit animatū hoc viſo patet lrā que dicit ꝙ ſi vnitates ſcʒ ꝯponentes animam et puncta in corpore ſunt altera. i. differunt ſequitur ꝙ vnitates et puncta in eodem loco erunt. optinebit enim ipſa vnitas locum puncti. nichil autem prohibet ſi due vnitates poſſunt eſſe in eodem et infinite. quia non eſt maior ratio in duabus q̄ in infinitis. vnde ſi duo indiuiſibilia poſſunt eſſe ſimul et infinita. quorum enim eſt locus indiuiſibilis et ipſa ſunt indiuiſibilia quaſi diceret plura indiuiſibilia ſm enim iſtam rationem ſunt in eodem loco. quia enim indiuiſibile additum indiuiſibili non auget

¶ Si autem numerus anime

idem eſt quod puncta in corpore ita ꝙ numerus anime non eſt niſi numerus ipſorum punctorum que ſunt in corpore. ſi mͦ ita eſt quare non omnia corpora habent animam cum videantur infinita puncta eſſent in omnibus corporibus.

¶ Quereret aliquis vtrum inconueniens ſit duo puncta eſſe ſimul Videtur ꝙ non ſexto phiſicorum. Continua ſunt quorum vltima ſunt ſimul ſi ergo plures lineę contiguarentur vltima earum id eſt puncta eſſent ſimul. ¶ Ad oppoſitum eſt dictum philoſophi. ¶ Ad hanc queſtionem reſpondetur ab aliquibus ꝙ hoc non eſt inconueniens ſimpliciter ſed ſm poſitionem illorum qui ponebant animam componi ex vnitatibus motis. Vnitas mota eſt corpus vt oſtenſum eſt et ideo philoſophus punctum hic vocat corpus paruum. Vnde ſuperius dixit ꝙ nichil differt dicere vnitates aut corpora parua. puncta enim democritus vocat corpora indiuiſibilia ex quibus ſm democritum omnia componuntur. ſi ergo impoſſibile eſt duo corpora eſſe in eodem lͦ qua ratione duo et infinita. Ita impoſſibile eſt duo puncta ſcilicet anime et corporis eſſe ſimul. ¶ Alij dicunt ꝙ impoſſibile eſt duo puncta eſſe ſimul quia ſi eſſent ſimul eſſent eadem cum puncta non diſtinguantur niſi penes ſitum et iſti deducunt ſic rationem philoſophi. Si anima componatur ex punctis quia vnitas mota non eſt punctus ſequitur ꝙ in eodem loco eſt punctus anime et punctus corporis quia corpus vbiqꝫ animatur. ſi autē in eodem loco ſunt et ipſi ſunt eadem et hoc eſt quod dicit philoſophus quorum locus eſt indiuiſibilis et ipſa ſcilicet puncta ſunt eadem. ¶ Alio modo reſpondetur ab alijs ꝙ quedā ſunt puncta que ſunt in extremitatibꝰ continui ꝙ hec poſſunt eſſe ſimul vt probat argumentum quedam ſunt que ſunt in corpore et hec nō poſſunt eſſe ſimul quia tunc corpus penetrarent corpus et eſſent duo corpora ſimul. ¶ Deinde ſequitur. Amplius autem Vbi ponitur ſexta ratio que eſt talis. ſi anima componatur ex pūctis nunq̄ poſſet ſeparari a corpore nec anima ſepararetur ab eo et per conſequens animalia non morientur et hoc eſt quod dicit littera. Amplius autē quomodo poſſibile eſt puncta ſeparari et abſolui a corpore quaſi diceret non eſt poſſibile niſi linea componeretur ex punctis quod tamen eſt falſum. Linea enim ſemper diuiditur in lineas et non in puncta ſi tamen diuiderentur in puncta. puncta haberent de per ſe et ſic eſſent ſeparabilia in corpore ꝛc.

Accidit autē

Vbi poſtꝙ philoſophus poſuit inconuenientia que ſunt contra opinionem huius.

ponit illa que ſunt ibi contraria et aliis. et primo ponit intentū ſuum ſecūdo probat ibi. Siquidē enī. Intentū ſuū conſiſtit in duobus. primū ē q̄ idem inconueniens accidit dicentibus animā eſſe quoddā corp9 ſubtile et huic opinioni que dicit aīam eſſe unitatem uel numerū motum. Secundū eſt q̄ impoſſibilitas accidens democrito ex hoc qđ dicit q̄ animalia motus ſunt ſpere mote accidit etiam huic opinioni. Hoc eſt ergo qđ dicit līa q̄ punctibus animam eſſe quoddam corpus ſubtilium partium accidit idem inconueniens et huic opinioni de quo inconueniens dictum eſt ſicut patebit q̄ in eodem loco ſunt corpora. accidit etiam huic opinioni proprium inconueniens quod accidit democrito q̄ dicit corp9 moueri ab anima ſcʒ ſm q̄ ſpere mote mouent corpus. ¶ Deinde ſequitur. Siquidem enī. Ubi manifeſtat intentū et primo manifeſtat q̄ huic opinioni accidit illud inconueniens quod accidit dicenti animam eſſe corpus ſubtile. ſecūdo oſtendit q̄ hec opinio aſſimilat opinioni democriti ibi. Acciditq̄. ¶ Circa primū philoſophus facit duas conſequentias. Prima eſt q̄ ſi aīa eſt corpus ſubtile duo corpora ſunt in eodem. cuius ratio eſt quia anima ubiq̄ in toto corpore ſentit et hoc quia anima eſt ubiq̄ in corpore. Si aūt eſt ubiq̄ in corpore et eſt corpus duo corpora ſunt ſimul ꝛ quantū ad iſtā conſequentiam dicit līa q̄ ſi anima eſt in eo corpore quod ſentit neceſſe ē in eodem eſſe duo corpora ꝛ hoc eſt ſi anima eſt aliquod corpus. Secunda conſequentia eſt q̄ ſi anima ē numerus ſequitur idem inconueniens ſcʒ q̄ duo corpora ſunt ſimul. quod patet q̄ ſi anima eſt numerus mouens ſeipſum eſt unitates mote. ſʒ unitates mote ſunt corpora ergo idē quod prius. ſequitur etiam q̄ duo puncta ſunt ſimul ſcʒ punctus anime et punctus corporis quia ſi corpus quod eſt anima eſt ſimul cum alio corpore et punctus cum puncto. et hoc eſt quod dicit līa q̄ dicentibus animā eſſe numerum accidit multa puncta eſſe in eodem puncto .i. in loco indiuiſibili et hoc ſi puncta anime ſint altera a punctis corporis quod quidem oportet dicere quia niſi numerus punctorū anime ſit differens a numero punctorū qui ſunt in corpore contingit omne corpus habere animam. ſi enim anima nō eſt niſi numerus punctorum corporalium cum in omni corpore ſit numerus punctorum in omni corpore eſſet anima. ¶ Quereret aliquis. Utrum ſequatur hec opinio de aīa ponit duo puncta ergo duo corpora. Uidetur q̄ ſic. quia alias non accideret idem inconueniēs huic opinioni ꝛ opinioni dicenti animā eſſe corpus ſubtile. Dicendum eſt ſm commentatorem q̄ opinioni dicenti animam eſſe corpus ſubtile accidit duo corpora eſſe ſimul. huic autem opinioni accidit tantum ſimile inconveniens quia ponere multa puncta ſimul ſimile eſt ſermoni dicto quod multa corpora ſunt ſimul. Poſſumus tamen dicere quod idem inconveniens accidit huic et illi. ut ſi arguatur ſicut ſe habet locus puncti ad punctum ſic ſe habet locus magnitudinis ad totum et ideo ſicut duo puncta quorum unum eſt anime et aliud corporis ſunt in eodem loco ita tota anima conſtituta ex punctis ſitualibus erit in eodem loco cum toto corpore quod eſt compoſitum ex ſitualibus punctis et ſic duo corpora ſimul. Alio modo poteſt declarari idem ſic. Punctus non eſt cum puncto niſi quia corpus pertranſit corpus ergo ſi duo puncta ſunt ſimul et duo corpora. Plenius poteſt declarari ſic. Punctus motus eſt corpus quia omne quod movetur eſt corpus ſecundum philoſophum ergo ſi anima componitur ex punctis motis componitur ex corporibus ex quo ſequitur quod anima exiſtit in corpore non ſolum eſt punctum cum puncto ſed corpus cum corpore. Deinde ſequitur. Accidit etc. Ubi oſtenditur quod hec opinio aſſimilatur opinioni democriti. ſicut enim democritus ponebat quod ſpere mote movent animalia et hec opinio ponit quod numerus motus movet animal numerus autem motus eſt ex unitatibus motis. unitas autem mota eſt corpus motum et per conſequens eſt idem dicere numerum motum movere et corpora movere ſicut dixit democritus. Hoc eſt ergo quod dicit litera. Accidit etc. animal moveri a numero et per conſequens a corporibus ſicut diximus idem democritum movere ipſum animal ſcilicet per corpora indiviſibilia mota. quid eſt enim differre id eſt quid differt dicere ſperas parvas ut dixit democritus aut dicere unitates magnas ſive unitates omnino ſcilicet id eſt moveri ſicut dicit hec opinio quaſi dicat ad propoſitum nichil differt utrobique enim neceſſe eſt moveri animal ex hoc quod aliud movetur ſcilicet ipſe ſpere ſecundum democritum vel ille unitates ſecundum iſtam opinionem et maxime quia ſicut probatum eſt nichil differt corpora parva et unitates motas. Deinde ſequitur. Complectentibus ergo Ubi poſtquam oſtenſum eſt quod opinio dicens animam eſſe numerum ſeipſum moventem eſt impoſſibilis hic oſtendit quod ex hac diffinitione non videntur accidentia et paſſiones anime quod tamen debet fieri ſi eſſet perfecta diffinitio et hoc eſt quod dicit littera quod complectentibus in unum numerum et motum id eſt diffinientibus animam per hec duo accidunt impoſſibilia dicta et multa alia. Non enim ſolum eſt impoſſibile diffinitionem anime eſſe huiuſmodi ſed et accidentia ſcilicet anime non poſſunt declarari ex ea. Manifeſtum eſt enim ſi quis arguendo voluerit ex hac ratione reddere paſſiones et opera anime ſicut cogitationes ſenſus leticias triſticias et alia huiuſmodi non poterit quod ſicut diximus non ſolum hoc eſt impoſſibile ſed etiam non eſt facile hec divinare et fingere etc.

TRibus aũt

Poſtq̃ ph̃us improbauit opinionem dicentiũ aïam moueri et dicẽtiũ aïam eſſe nũm ſeipm mouentẽ qui tenebãt diffinitionẽ aïe ex cognitione et motu hic improbat opinionẽ illoꝝ qui tenebantur aïam ex cognitione tñ. Et primo ponit intentũ ſuũ. ſcđo exequitur ibi. Neceſſariũ autẽ. ¶ Quãtũ ad primũ dicit ꝙ tribus modis traditis ſm quos antiqui diffiniũt animã. ¶ Alij eñ dixerũt animam eẽ quid motiuũ corporis in mouẽdo ſeipſaz. ¶ Alij autẽ dixerũt aïam eẽ corpus ſubtiliſſimũ et de nũo magis incorporeoꝝ. De hijs duobꝫ iam fere ptranſiuimus oſtendendo quas dubitationes et contrarietates habent hee opiniones. dicit autem fere. ꝙ plura potuiſſent adduci q̃ fuerunt adducta. Et quia de hijs duobus dictũ eſt relinquitur de tercio ſcꝫ quomõ aliqui poſuerũt animã cõpoſitam ex elementis oĩm vt ſentiat et ꝙ cognoſcat omnia quoꝝ ſunt elementa. ¶ Quereret aliquis vtrum in hijs tres modi diffiniẽdi aïam quos ponit ph̃us euacuãt omnes modos antiquoꝝ iam dictos. Videtur ꝙ non. quia quidã dixerũt aïam eſſe numerũ ſeipſm mouentem de quo non fit mentio hic qꝛ nõ fit mencio de numero. Quidam autẽ dixerũt eã eſſe armoniã et de iſtis nõ fit mencio hic ¶ Ad primũ argumentũ pt reſpõderi ꝙ opinio dicentiũ aïam eſſe numerũ mouentẽ ſe pt reduci ad opinionẽ illorum qui dicunt eam eſſe corpus. quia omĩe quod mouetur eſt corpus. Iſti autem poſuerunt animam eſſe vnitates motas. Vnde commentator et debet ſciri ꝙ contradictio philoſophi dicentibꝫ animam eſſe corpus collocatur ſub cõtradictione ad dicentes eam eſſe mouens quia mouetur. Omnibus enim iſtis ↄtingit dicere eam eſſe corpus et hoc indifferenter ſiue poſuerunt id quod mouetur ex ſe ſpheras ſicut fecit Democritus aut vnitates. vt dicentes eam eſſe numerum ſeipſum mouentem. aut corpus celeſte vt dictum eſt in thimeo ¶ Ad ſecundum argumentum poteſt dici ꝙ licet armonia non ſit corpus directe tamen eſt forma corporis et ideo reducitur ad opinionem illorum qui poſuerunt eam eſſe corpus. ¶ Deinde ſequitur. Neceſſarium autem eſt. Vbi improbat predictam opinionem ſcilicet ꝙ anima non eſt ex elementis vt omnia cognoſcat Et primo oſtendit ꝙ non eſt ex elementis. ſecundo ꝙ non eſt ĩ elementis ibi. In toto autem. Prima in duas. quia primo deſtruit opinionem in ſe. ſecundo rationes eius ibi. Inconueniens autem. Prima in duas ſm duas rationes ſecunda ibi. ¶ Amplius autem. Prime adhuc ſubdiuiditur in duas partes. quia primo ponit concluſionem intentionem scz q multa impossibilia sequuntur ad istā opinionem secūdo adducit unū illorum ibi. Nō sunt autē. Dicit ergo q necesse est accidere multa impossibilia huic rationi .i. opinioni. ponūt enim sic opinantes cognoscere simile simili .i. q cognitio fit p assimilationem ponentes ipsam animā tanq̄ rem .i. compositam ex rebus quas cognoscit.

ſurſum vniūſ. Inferius aūt ūſus deorſum. in plātis aūt eſt ecōuerſo ¶Ante vero ⁊ retro determināt in aīalibꝫ ſm̄ ſenſum. dextꝝ vero ⁊ ſiniſtꝝ ſm̄ motū localē. In rebꝫ āt inaīatis ſicut in columpna ſolū reꝑit dextꝝ aut ſiniſtꝝ ꝑ reſpectum ad nos qꝛ columpna dr̄ dextra ꝑ reſpectū ad hoīem in quo eſt naturalit dextꝝ ⁊ ſiniſtꝝ.¶ Deīn aīt dicit. ¶Adhuc autē. ponit ſcd̄aʒ rōnē et ꝑt eē rō talis. Motus augmēti et decrementi in viuentibꝫ pncipaliter debet eſſe ab illa forma que ↄtinet elementa ne totaliter abinuicē ſeparentur. talis aūt forma eſt aīa ī rebꝫ viuentibꝫ ergo aīa eſt pncipiū augmenti ⁊ decrementi. hec eſt qd̄ dicit lr̄a ꝙ ꝑter hec dicta aliq̄s ꝑt querere ab Emp̄. quid ē illud qd̄ eſt illud quod eſt ↄtinens elementa puta ignē ⁊ terram que ferunt in ↄtraria loca ne diſtrahantur. i. ne in ſua loca ferant ferrentur em̄ in ↄtraria loca niſi ſit aliquis prohibens. Si autē dicatur ꝙ ꝓhibēs motū elementoꝝ eſt aīa. ſeq̄it ꝙ aīa eſt cauſa augmenti ⁊ decrementi.¶ Quereret aliquis. Vtꝝ motus alimenti ſurſum ⁊ deorſum in viuentibꝫ ſit a forma elementi. videtur ꝙ ſic qꝛ motus nutrimēti ē naturalis. motus autus aūt naturalis qui eſt ſurſum ⁊ deorſum videtur ꝙ ſit a forma elementi quia quālibet formā elementi ſequitur aliquis motus. hic autē mot⁹ qui ſeq̄it eſt ſurſum et deorſum ergo ⁊c̄. Preterea videm⁹ ꝙ elementa manent in mixto ſm̄ aliquē ſuum actū. ſi aūt ſic manent opꝫ ꝙ maneant ſm̄ aliquē ſuum motū naturalē.¶ Ad oppoſitū ē deīn phi. ¶Ad hāc queſtionē dicendū eſt ꝙ talis motus eſt ab aīa ⁊ nō a forma elementi. hoc autē venari poſſum⁹ duplici via. Prima via talis ē. Nulla forma in movendo excedit ſuam ſpēm ⁊ ideo opꝫ ꝙ vbi operatio eleuatur. ꝙ forma eleuetur. Videmus aūt ꝙ forma elementi mouet tātū ad vnū locū puta ſurſum tm̄ vel deorſum tm̄. Eleuatius aūt motus ē moueri ſurſum ⁊ deorſum q̄ꝫ moūi ſurſum tm̄ vel deorſum tm̄ Iſte ergo motus nō eſt a forma elementi eſt ergo a forma eleuaciori ⁊ hanc formā dicim⁹ eſſe aīam. Secunda via ad hoc idē oſtendendū ꝑt eē talis. Elementa in viuentibꝫ efficiūt materialia reſpectu ↄtutis aſſimilātis alimentū membris. Videmus em̄ ꝙ calor operatur in alimento nō ſꝑcīē ignis ſed ſpēm viuētis corporis qꝛ agit in virtute alterius agētis pncipalis. motus aūt alimēti ⁊ nutrimenti debet attribui ↄtuti pncipali ⁊ formali nō materiali.¶ Ad argumentū pmū dicēdū eſt ꝙ motus alimenti ad mēbra eſt naturalis non tm̄ ſequit ꝙ ſi ē naturalis ꝙ ꝓpter hoc ſit a forma elementi. ꝙ ꝑt eſſe a ↄtute aīe.¶ Ad cui⁹ euidēciā notandū eſt ꝙ alimentū trahitur ad mēbra. hic aūt tract⁹ nō eſt violentus ſed naturalis. ſo aūt tractus naturalis q̄n trahens aliquid ūtutis ſue generat in tracto que ūtus generata in tracto facit ip̄m moūi ad trahens. ſic ūtus generata in ferro facit ip̄m moueri ad magnetē ꝛ hoc mō ūtus mēbri ꝑ actionē aie generata in alimento facit ip̄m alimentū moueri ad mēbra quaſi ad locū ſue ſpeciei et ad ſuū ꝯplementū. ¶ Ad ſcđm argumentū pꝫ ꝙ elemēta nō manēt in viuentibꝫ niſi ſm eē materiale. virtus autē aie eſt ſicut ꝑncipalis ūtus ꝛ iō ſi elemēta agāt nō agūt niſi in virtute aie. ¶ Deinde cū đt Videtur aūt quibuſdā. ponit ſcđm errorē et ſcđam poſitionē ꝛ diuidit in duas ptes q2 primo ponit poſitionē. ſcđo eam improbat ibi. Hec aūt cū cā quidē Ponit ergo ꝑmo poſitionē dicens quibuſdā videt ꝙ ſolus ignis inter oīa elemēta ſit cā alimenti et augmēti. cuiꝰ ratio eſt q2 ſolus ignis inter elemēta nutrit et augmentatur ꝛ iō aliquis p̄t dicere rationabiliter ꝙ ignis operatur alimentū et augmentū ſtm in plātis q̄ȝ in aialibꝫ ¶ Quereret aliquis. Unde ſequitur ꝯña quā faciebāt iſti ſolus ignis inter elementa nutrit ꝛ augmentat ergo eſt tā cauſa nutricōis q̄ȝ augmēti in viuentibꝫ Dicendū eſt ꝙ omne ꝑmū in aliquo genere ē cā oīm aliorū que ſunt in illo genere vt q2 ignis ꝑmo ē calidꝰ eſt cā oīm calidorū. hoc fundamento ſuppoſito ponant iſti ſic arguere. Ignis inter oīa corpa ꝑmo nutritur ꝛ ꝑmo augmentat. videmꝰ enī ꝙ ignis ꝑ naturā ſuam educat humidū de calefactis i quo quidē humido ꝯualeſcit ꝛ ſuſtentat ꝛ q̄ſi nutritur. Videmus etiā ꝙ ignis accipit incrementū ſiue quātitatis ꝑ appoſitionē cremabiliū ergo ignis eſt cā nutritionis et augmenti in aliis ¶ Deinde cū dicit. hoc autē concauſa. Improbat iſtā poſitionē ¶ Ad euidentiā notandū eſt ꝙ ūtus ignis ꝯcurrit ad nutrimentū et augmentū ſicut concauſa. q2 principalis cauſa augmenti eſt virtus anime. duo ergo facit q2 ꝑmo oſtēdit ꝙ ignis ꝯcurrit ſicut concauſa. ſcđo oſtēdit ꝙ nō eſt ꝑncipaliter cā ibi. Nō tn̄ ſimpliciter Quātū ergo ad ꝑmū đt ꝙ hec ſcꝫ ignis quodāmō eſt ꝯcauſa nutritionis ꝛ augmenti. Notandū ē ꝙ nutrimentū nō fit nec eſt augmentū niſi ꝑ alterationē aliꝰ. nutribile enī aliud alterat. ſicut aūt đt ꝯmētator nutribile nō alterat aliud niſi per partem igneam que eſt in eo operatur ergo ꝙ ignis concurrat in nutritione et augmento. et ideo dicit commentator ꝙ reſpectu aliorum elementorum ignis coniungitur in operibus nutribilibus ¶ Deinde cum dicit. Non tamen ſimpliciter probat ꝙ ignis non eſt principale agens ſed virtus aie ꝛ p̄t eē rō ſua talis Illud eſt ꝑncipale in aliqua actione a quo imponit̄ rō ꝛ terminꝰ cui facte uel opatē. ſed ab aia ē ratio et terminus in rebus viuentibꝫ ꝛ nō ab igne· ergo aia est ꝑncipalis cã hoc est ergo qđ đt lr̃a ꝙ ignis nõ est simpliciter cã augmẽti sed magis aia· Augmentũ enĩ ignis est in infinitũ· augetˀ enĩ ignis quousqȝ fuerit cõbustibile Illud aũt qđ augetur in infinitũ nõ p̃t eẽ cã eorũ que hñt terminatũ augmentũ sed oim aiatoꝝ certa q̃ntitas est· Omniũ enĩ natura cõstantiũ aliquis terminꝰ est et iđ opȝ ꝙ i eis sit aliqua ratio determinate magnitudinis ⁊ determinati augmenti hoc aũt inest aie·i·aia est ratio determinãs ⁊ augmẽtũ ⁊ magnitudinẽ in rebȝ aiatis et nõ ignis imponere enĩ terminũ augmẽto magis est rõnis q̃ꝫ materie·i· magis est aie q̃ꝫ ignis· Notandũ est ꝙ sicut cuilibȝ speciei debetˀ ꝓpria accidentia ita ꝓpria q̃ntitas q̃ hȝ propriũ statũ in maximo et minimo· Est enĩ dare ita magnã q̃ntitatẽ vltra quã nõ p̃t saluare species humana ⁊ ita paruã infra quã nõ p̃t saluari eadẽ spẽs Aduertendũ tñ ꝙ ista q̃ntitas que spẽi determinatˀ latitudinẽ hȝ sm diuersitatẽ indiuiduoꝝ ⁊ materie· nõ enĩ oẽs homines sunt vnius q̃ntitatis· qȝ ergo q̃ntitas debita spẽi hȝ statũ iđ dixit phũs ꝙ scȝ ꝯstantiũ est terminꝰ· Notandũ est secũdo ꝙ sm ꝯmentatorẽ sic sicut nõ ymaginandũ est in augmento viuentiũ sicut ymaginamur in mollificatione ferri quã facit artifex ad faciendũ aliqđ instrumentũ puta serrã vel aliqđ huiusmodi· Artifex enĩ mollificat ferrũ mediante igne· Mollificatiõe ergo attribuitˀ igni· sȝ ꝙ illa mollificatio terminetur ad determinatam formã vel figurã hoc est ab arte illius cuiꝰ est determinare actionẽ ignis vt agat ad determinatũ effectũ· Eodẽ modo actio augmẽti quasi ꝯposita est ab actione ignis et alia intentione in igne· Alterare enĩ actũ ignis est sed ꝙ alteretˀ p debitũ effectũ ⁊ certũ terminũ hoc est ab anima· Ignis enĩ de se augetur in infinitũ ⁊ sic nõ imponit terminũ rei· anima aũt imponit et ideo dictũ est in lr̃a· ꝙ anima est ratio magnitudinis et augmẽti

Quoniam autē eadē potentia

Post q̃ꝫ phũs determinauit quasi quedã preambula ad potentiã vegetatiuã hic incipit determinare de ipsa ⁊ duo facit· qȝ primo determinat de obiecto potentie vegetatiue· secũdo determinat de ipsa potentia ibi· Cum aũt nichil alitur· Prima in duas· qȝ primo ponit intentũ suũ· secũdo incipit determinare de alimento ibi· Videtˀ aũt eẽ alimentũ ⁊c· Ad euidentiã primi notandũ est ꝙ potentia vegetatiua ordinatur ad ꝯseruationem indiuidui et hoc p alimentũ· ꝯseruatˀ enĩ indiuiduũ ex eo ꝙ p alimentũ restauratˀ deperditũ· Vegetatiua aũt que ordinatur ad ꝯseruationẽ indiuiduũ de nutritiua. ɔseruat autem vegetatiua ad ɔseruationē spēi que vegetatiua est generatiua. ɔseruat aũt generatiua spēm mediā te alimento qd semē est de superfluo alimenti ex quib; p; ꝙ alimentum est obiectū tã potētie nutritiue ꝙ̄ etiã generatiue ⁊ iō volentē dicere de vegetatiua primo dicendū est de alimēto. hoc est qd dr līa ꝙ eadē potentia est vegetatiua ⁊ generatiua. i. sub eadē potētia ɔmuni est nutritiua ⁊ generatiua. vegetatiua eñ ⁊ ɔseruat indiuiduū p nutritiuā ⁊ ɔseruat spēm p generatiuā. ⁊ qz ita ē ideo p̄mo dicendū est de alimēto ꝙ̄ de hac potētia sc; vegetatiua. Ope eñ hoc separatur. i. nutritiuam separatur hec potentia ab aliis potētiis sc; sensitiua ⁊ intellectiua. ¶ Deinde cũ dicit. Dicit aũt alimentū. incipit determinare de alimento ⁊ duo facit. qz p̄mo ponit quid est illud qd p̄mo nobis occurrit de alimento. secūdo mouet quādā dubitationem ibi Dubitationē aũt hz. Primo ergo ponit quid occurrit de alimento dicens ꝙ alimentū videt̄ esse ɔtrariū ei qd alit̄ cui9 rō est qz alimentū ɔuertit̄ in id qd alitur ⁊ sic videt̄ quedā generatio. generationes aũt fiunt ex ɔtrariis. licet aũt alimētū sit ɔtrariū ei qd alitur nō tñ oē ɔtrariū alit ⁊ nutrit. sz oꝫ ꝙ hec ɔtraria ꝙ̄ ɔuertūt̄ ad alimētū non solū hēant generationē adinuicem sed augmentū ita ꝙ suscipiūt augmentū ex seinuicē. fiunt eñ multa ɔtraria ex seinuicē non tñ oia augent. Dicimus eñ ꝙ sanū fit ex infirmo. nō tñ sanum augetur ex infirmo uel nutritur ex eo. licet enī alimentū sit ɔtrariū ei qd alitur nō tñ hec ɔtraria eodem mō se hñt adinuicē ita ꝙ vnū alat reliquum et conuerso. et hoc patet ex dictis antiquorum qui posuerunt aquam simplicit nutriri. sm eñ eos aqua est nutrimentū ignis nō tñ ignis nutrit aquā quia in ɔpositis simplicib; aliud est qd est alimentum sicut humidum puta aqua ⁊ aliud ē qd alitur sicut ignis. ¶ Queritur aliquis. Utrum ignis nutriatur sicut dicebant isti. ¶ Ad euidentiam huius questionis duo sunt videnda. Primū est ꝙ ignis nō proprie nutritur. omne eñ qd illud proprie nutriri dicitur qd recipit additū in seipso ad ɔseruationē sui ipsius. hoc aũt in igne nō accidit illud eñ quod ɔuertitur in ignē nō augmentatur ipsum sed magis ignis diffunditur p generationem forme in aliena materia. cum eñ aliqua materia combustibilis accenditur in illa materia combustibili nouus ignis generatur. et ideo ita est hic generatio ꝙ non est hic nutrimentum. Non enim hoc combustibile in quo accenditur nouus ignis cedit in conseruationem ignis prius pri9 accensi. In hijs aũt ꝙ vere nutriuntur sicut sunt aīalia illa eadem ꝑs ꝙ pri9 fuit p alimentū ɔseruat̄ ex hoc ꝙ alimentū augmentat illā ꝑtē.

Secundū qđ est videndū est ꝙ licet ignis nō ꝓprie nutriat̃ · tñ similitudo quā dederūt antiqui de igne et aqua volētes manuducere a corporibus simplicibꝫ ad corpꝰ mixta satis fuit ad oppositū · cuiꝰ ratio ē qꝛ de rōne eius qđ alit̃ est ꝙ imprimat formā et spēm suā in nutrimēto · de ratiōe aūt nutrimēti est ꝙ recipiat illā formā nichil aūt adeo impressiuū est sue forme sicut calidū et siccū et iđ nutrire qđ est ipa impressio forme eius qđ alit̃ i iđ qđ alit attribuebāt igni qui est calidus et siccꝰ nichil eciā est adeo receptiuū forme sicut humidū et qꝛ nutrimentū recipit formā eius qđ alit̃ ideo dicebāt ꝙ humidū vt aq̄ esset nutrimentū illius qđ imprimit spēz in ipa · sicut aūt est i corporibꝫ simplicibꝫ ita suo mō est in corporibꝫ mixtis viuentibꝫ Id eñ qđ alit̃ est hñs virtutē p quā formā corporis qđ alitur ⁊ membroꝝ eius sigillat in eo ꝙ alit et iđ indiget instrumēto qđ est calor naturalis mediāte quo possit hanc formā et spēm imprimere · nutrimentū eciam qđ alit actu humidū est · licet forte potēcia sit alterius qualitatis. ¶ Idem cū dt · Dubitationem aūt hꝫ · Mouet quandā q̄stionē · et ꝑmo quidē mouet eā · secūdo eā soluit ibi · Utrū aūt sit Mouet ergo dubitationē et arguit ad vtramqꝫ ꝑtē dicēs ꝙ ex dictis antiquorum venit quedam dubiū · hij quidem eñ de nūo antiquoꝝ dicūt ꝙ alimētū est simile ei qđ alitur · qꝛ simile alitur ⁊ nutrit̃ simili ⁊ eciā auget̃ si eñ aliquid dissimile nō simile apponeret̃ alicui nō ꝓprie nutriret̃ nec augeret ipm · ¶ Alij aūt antiquoꝝ visum ē ꝙ alimētū est ɔtrariū ei qđ alit̃ · qꝛ impossibile est ꝙ alimētū sit simile ei qđ alit̃ sꝫ necessario est ɔtrariū · Ratio aūt eoꝝ erat duplex · Prima ratio talis ē · Omē alimentū decoquit̃ ⁊ decoctū mutat̃ in iđ qđ alit̃ · sed omīs mutatio est a ɔtrario in ɔtrarium aut mediū sicut nigrū mutat̃ i albū sicut in extremū aut in pallidū sicut in mediū qđ quidē medium quodāmō est ɔtrariū ergo alimentū est ɔtrariū ei qđ alit̃ · Secūda ratio eoꝝ talis ē · ¶ Agēs ⁊ paciēs sunt ɔtraria sed alimētū patit̃ ab eo qđ alit̃ ⁊ nō econuerso qꝛ illud qđ alitur nō patitur ab alimento ergo alimentū est ɔtrariū ei qđ alitur · ꝙ aūt id qđ alit̃ non patiat̃ ab alimento sed econuerso pꝫ · ¶ Artifex siue instructor nō patit̃ a materia · sed ecōtra materia patit̃ ab artifice · Illud eñ dr pati qđ mutat̃ et accipit formā · tale aūt ē materia ⁊ nō artifex · artifex eñ nō mutat̃ in agēdo nisi forte ex casu inactū · Eodē mō quo alimētū decoquitur et decoctū accipit formā alterius dr pati · Notandū est ꝙ mediū inter ɔtraria est quodāmō alterū ɔtrarioꝝ · Pallidū eñ ɔpatū albo est nigrū · ɔparatū aūt nigro ē albū · Et qꝛ ita est iđ phūs in l'ra dixit quaſi mutacō vel eſt in ɔtrariū vel eſt in mediū dũo intelligere ꝙ mediū eſt aliquo mō alt'ꝝ ɔtrarioꝝ. Notandū eſt ſecūdo ꝙ duplex eſt act⁹ ſcʒ act⁹ vt habitus qui dr̄ actus pmus ⁊ actus vt agere qui dr̄ act⁹ ſecūd⁹. ⁊ ſic eſt duplex act⁹ ita eſt duplex mutacō quedā eīm eſt mutacō q̄ eſt ad actū pmū ſiue ad formā ⁊ de tali mutatione loquit' phūs dt̄ in l'ra ꝙ materia mutatur ſed nō artifex. Materia eīm accipit formā ⁊ hoc dicit artifex eodē mō nō recipit dicit phūs ꝙ loquēdo de tali mutacōe alimentū mutat' et nō id qd alit' qr alimētū accipit formā illius qd alit' et nō ecōuerſo. Alia eſt mutacio que eſt de actu pmo ad actū ſecundū et loquēdo de tali mutacione dt̄ phūs in l'ra ꝙ artifex mutat' qr mutat' de ocio in actū. Si aūt aliquis quereret. Vtrū virtus que alit et nutrit puta virtus vegetatiua iſto mō mutat' ſcʒ ab ocio in actū. forte poſſet dici ꝙ nō. cui⁹ rō iſta eſt. qr virtus vegetatiua vt p̄t habitū ex verbis cōmentatoris primo aſſimilat' vigiliarū ſompno et hoc qr videtur ſemp eſſe in actu ſecundo. ſemp eīm nutrit. qr ſemp agit aliquid circa alimentū. aut diſſoluendo. aut alterando. aut attrahendo. aut vniendo membris ⁊ ſi nō ſemp querat alimentū ab extrinſeco

¶ Deinde cū dicit. Vtrū aūt ſit alimentū. ſoluit queſtionē. Solucōis aūt ſentencia eſt ꝙ alimentū p̄t ɔſiderari duobꝫ modis. Vno mō vt nō ē coctū ⁊ tūc eſt ɔtrariū ei qd alit'. Secūdo mō vt ē coctū ⁊ quaſi aſſimilatū mēbris ⁊ tūc alimentū nō eſt ɔtrariū ſed ſimile ei qd alit'. hoc ē ergo qd dt̄ l'ra ꝙ multū dr̄t ꝗtū ad ppoſitā queſtionē. vtrū alimentū dicat' id qd vltimo aduenit ſcʒ poſt coctionē ⁊ digeſtionē. an alimentū dicat' id qd pmo aduenit ſcʒ añ digeſtionē aut decoctionē. ⁊ hoc vtrūqʒ corꝝ dicat' alimentū. tñ alimentū qd pmo aduenit eſt nō coctū. qd aūt vltimo aduenit eſt coctū ⁊ fm̄ hoc dicit p̄t ad queſtionē ex quo eīm alimētū dr̄ duobꝫ modis ſcʒ non coctū et coctū. nō coctū aūt eſt ɔtrariū. coctū aūt eſt aſſimilatū pʒ ꝙ ɔtingit ali et ɔtrario ⁊ ſimili qr alimētū fm̄ vnū modū ē ɔtrariū et fm̄ aliū ē ſimile. Et ſic vtrīqʒ antiquorū opiniōes de alimēto dicebāt fm̄ aliquē modū vere ⁊ fm̄ aliquē modū nō vere. Notādū ē ꝙ tres ſūt digeſtiões pter illā quā aliqui ponūt in ore. Prima digeſtio eſt in ſtomacho vbi ſepat' groſſum a ſubtili. Secūda vero in epate ad quod ſuccus de cibo elaboratus trahit' et ibi rubeū ſanguinis colorē accipit ⁊ dirigit' ad venas ⁊ i extremitatibꝫ illaꝝ accipit terciā digeſtionē. que aūt digeſtio fm̄ aliquos ē in ſingulis mēbris ad pmā ſimilitudinem mēbroꝝ in qua cibus alimētū fit ſimile. Et ſic cū alimentū indigeat multis digeſtionibꝫ et alteracionib⁹ pʒ ꝙ in principio fuit diſſimile ſicut dt phus in lr̃a a diſſimilitudine remouet p medias alterationes ⁊ digeſtiones. in fine autē fit ſimile. ¶ Deīn cū dt Om̄ āt nichil alit. determinat de potētia vegetatiua ⁊ tria facit. qr p̄mo oñdit quid ē alimētū. ſecūdo oñdit q̄ alimētū diuſimode reſpicit ptes potētie vegetatiue ibi Eſt āt alterum. tercio ex hijs ɔcludit diffinitionē potētie vegetatiue ibi Quare autē huiꝰ potētie. Oñdit ergo p̄mo qd alimētū ē. vbi notandū ē q̄ alimētū ē id qd ē in potētia ad corpꝰ aiatū. hoc āt pbat ſic phus. ¶ Alimētū eſt in potētia ad id qd alit. ſed illd qd alit ē corpꝰ aiatū ergo alimētū ē in potētia ad corpꝰ aiatū p ſe ⁊ nō p accñs. hoc eſt ergo qd dt lr̃a. q̄ nichil alit niſi hñs vitā et id corpꝰ qd nutrit eſt corpꝰ aiatū in q̄tū aiatū ⁊ qm̄ ita eſt ſequit q̄ alimētū inq̄tū eſt obiēm nutritiue ē in potētia ad corpꝰ aiatū inq̄tū aiatū p ſe et nō p accidens.

¶ Deīn cū dt. Eſt āt alterū oſtēdit quō ſe hꝫ alimētū ad ptes vegetatiue que ſunt tres ſcꝫ nutritiua. augmētatiua. ⁊ generatiua. ⁊ diuidit hec ps in duas ptes qr p̄mo declarat quō ſe habet alimētū ad nutritiuā ⁊ augmentatiuā. ſecundo oñdit quō ſe hꝫ ad generatiuū ibi. Factiuū generacōis. ¶ Quātū ad p̄mū notandū ē q̄ ſcd̄m phi ē q̄ alimētū ē obiēm nutritiue ⁊ augmētatiue. ſꝫ tñ diuerſe. Corpꝰ eīm qd nutritur ē ſubā et ē q̄tū. ¶ Alimētū igitur inq̄tū pt ſaluare ſubām nutribilis in ɔm̄ eſt obiēm nutritiue. Inq̄tū pt augere q̄titatē nutribilis in tm̄ ē obiēm augmētatiue. hoc ē ergo qd dt lr̃a. q̄ eē alimento ⁊ augmētatiuo ē alterū. i. licet idem alimētū ſit obiēm nutritiue ⁊ augmētatiue tñ ſm̄ aliud eſt ⁊ aliud rōne. ¶ Alimētū ſm̄ q̄ ē i potētia ad corpꝰ aiatū q̄tū ſic eſt augmētatiuū. i. ſic ē obiēm augmētatiue. Inq̄tū āt alimētū ē hoc aliquid ⁊ ſubā ſic ē obiēm nutritiue qr ſm̄ hoc ſaluat ſubām nutribilis. tādiu eīm durat ſubā nutribilis q̄diu nutritur et reſtauratur p alimētū. Notādū ē q̄ triplex drīa pt dari int potētiā nutritiuā ⁊ augmētatiuā. p̄ma ex pte obi ⁊ hētur in lr̃a. nutritiua eīm ſ accipit alimētū niſi inq̄tū ē i potētia ſubā mēbrorꝫ ⁊ nō curat de q̄ntitate. ¶ Augmētatiua aūt ſuſcipit alimētū inq̄tū addit q̄titatē mēbrorꝫ ita q̄ mēbra p ipm̄ extendātur. Secūda drīa ē ex pte inſtrumēti tam eīm nutritiua q̄ augmētatiua indigꝫ calore naturali. ſꝫ tñ augmētatiua indiget fortiori calore. hoc aūt pꝫ ſic. Augmētū eīm ꝑprie fit in lōgitudie. lōgitudo eīm nō fit maior niſi oſſibꝫ extenſis. oſſa aūt dura ſunt ⁊ id niſi fortiore calore ſuncte aſcreret nutrimētū p ipa oſſa pt fieri augmētū. ¶ Augmētū etiam nō fit niſi p humidū qd dꝫ augere et hoc ſi ſit flexibile et id nō fit augmentum niſi in iuuentute antequā adueniat nimia ſiccitas gñe

-plicat flexibilitatem et extenſionē hec autē nō pōt fieri ſine ſuo calore. tercia dicta eſt ex parte finis quia augmentatiua habita debita quantitate in qua poteſt exercere ſuas operationes nō amplius auget et ſic animalia nō ſemper augentur. finis autē nutritiue eſt ſaluare indiuiduum p reſtaurationē deperditi. hec autē neceſſariū eſt toto tēpore quo viuūt animalia ꝗ diu animalia ſemꝑ nutriuntur et de hoc dicit phūs in lrā. ꝙ animal tamdiu eſt ꝗdiu nutritur. ¶ Deinde cū dicit Et generationis aut factiuū eſt. Oſtēdit quomō ſe hȝ alimentū ad potentiā generatiuā dicens ꝙ alimentū eſt inſtrumentū generationis tū alimentū eſt principiū generatiue reſpectu eius qđ alit ſed reſpectū alterius qđ eſt tale ſcđm ſpeciē quale ē illud qđ alit. ꝙ autē alimentū nō ſit principiū generationis reſpectu eius qđ alit pȝ quia illud qđ alitur idem eſt illud qđ generatur nō eſt nichil enī generat ſeipſm. ſi enī aliquid generaret ſeipſm idē eſſet et non eſſet. Ingenitum enī generaret eſſe. ingenitū autē generaret nō eēt et ſic nihil generat ſeipſm ſꝫ tū ſaluare ſeipſꝫ ¶ Quereretꝫ aliquis Utrum alimentū ſit vltimū ſit materia generationis. Dicendū eſt ꝙ ſic. ¶ Ad cuius euidentiā notandū eſt ꝙ generatio eſt de ſuperfluo alimenti. Superfluū enim tercie digeſtionis eſt materia generationis quia illud idē quod eſt ſuperfluum in indiuiduo poteſt eſſe neceſſariū ſpeciei. Vñ magnitudine enī ꝙ nutritiua ſaluat indiuiduū p diſtributionē nutrimenti ad membra. qđ autē de nutrimento ſuperfluit in membris hoc ſequeſtratur ad membra genitalia et hoc ſic ſequeſtratū eſt materia generationis. ꝙ autē generatio fit de ſuperfluo alimenti pōt probari p ſigna. primū ſignū eſt quia videmus ꝙ multa et ſuperflua comeſtio augmētat materiā ſpermatis et excitat generationē. Aliud ſignū eſt quia vbi plꝰ habundat de ſuperfluo alimenti ibi plꝰ habundatur de ſemine. et propter hoc cū in pueris nō eſt ſemē quia ſuperfluū alimenti in augmentū conuertitur. propter hoc etiā cū pingues fuerint ſunt pauci ſeminis et pauce generationis quia ſuperfluū alimenti conuertitur in pinguedinē. propter hoc etiā cū animalia magne quantitatis parū hñt de ſemine ſcđm proportionē magnitudinis et ſunt pauce generationis quia indigent multo nutrimento et ideo parū pōt eſſe in eis de ſuperfluo alimenti et patet in elephāte. Tertiū ſignū eſt ꝙ ſemen cū delectatione emittitur et in eiꝰ emiſſione natura alleuiatur. hoc autem totū declarat ꝙ eſt de ſuperfluo alimenti. quia natura in emiſſione ſuperflui et delectatur et alleuiatur. ¶ Ex hoc enim patet ꝙ ſemen non eſt a liquido diſſolutum a membris ſicut aliqui poſuerunt. Nullum enī diſſolutum a membris habet locum determinatum in corpore ſcꝫ vas ſeminale. Poſtremo id qđ ē actu ge determinatū in corpe scȝ vas seminale. ¶ Preterea id qđ ē actu ꝑs corpis aiati nō sepaꝛ vel tradit ē a corpe nisi cū dolore. Semē aūt cū delectatiōe emittit. Preterea videm⁹ cōtrio oculis semina plantarum nec lignū eē nec radicē nec folia. videm⁹ etiā semina aīaliū nō esse os nec carnē sed humorē album. ¶ Deinde cū dt Quare aūt hui⁹ aie. ꝯcludit diffinitionē potētie vegetatiue ⁊ duo facit qꝛ p̄mo ex hijs ꝯcludit diffinitionē potētie nutritiue. secūdo ꝯcludit diffinitionē potētie vegetatiue ibi Qm̄ aūt a fine. Prima in duas qꝛ p̄mo ꝯcludit diffinitionē potētie nutritiue. secūdo manifestat qddā dcm̄ ibi. Qm̄ aūt sunt tria ¶ Ad euidentiā primi notandū est ꝙ ex dictis ꝑt ꝙ generatiua saluat spēm. nutritiua aūt saluat indiuiduū restaurando deꝑditū et qꝛ nutritiua saluat indiuiduū ideo phūs ꝯcludēs diffinitionē potētie nutritiue dt ꝙ hoc principiū aie qđ scȝ est ꝑncipiū nutritionis nichil aliud est ꝙ̄ potentia potens saluare suū susceptiuū inq̄tū huiōdi potentia. Alimentū vero est qđ p̄parat opationē hui⁹ potētie in q̄tū talis potentia mediāte alimēto saluat suū susceptiuū. ¶ Deinde cū dt Qm̄ aūt sunt tria. Manifestat quoddā qđ dixit. dixit eīm ꝙ alimētū p̄parat opationē potētie nutritiue ex quo sequit ꝙ alimētū est quodāmō ꝑncipiū respectu nutritionis. dixit etiā ꝙ aia est ꝑncipiū. vnde ergo ostēdere drām inter hec duo ꝑncipia dt ꝙ talia sunt in nutritione scȝ qđ alit. quo alit. ⁊ alens. Alens aūt est ipa aia. qđ vero alit ē corpus nutribile. quo aūt alit ē ipm̄ alimentū. q. d. phūs cū ꝑncipalis ⁊ p̄ma nutricatiua est aia. quo vero aliquid nutritur materialiter est alimentū et sic aia mediāte potentia nutritiua et alimentū dicitur a spiciūt actū nutricatiōis. ¶ Deinde cū dt. Qm̄ aūt a fine. diffinit ipsam aiam vegetabilē ⁊ p̄mo quidē hoc facit secūdo ostēdit ꝙ aia vegetatiua in nutriendo hꝫ duplex instrumentū ibi. Est aūt quo alit. ¶ Ad euidentiā p̄mi notandū est ꝙ intentio phi fundat sup duo fundamēta. Primū fundamentū est ꝙ iustū ē oia diffiniri ⁊ denoiari a fine. Ratio aūt hui⁹ fundamēti est ꝙ finis est cā cāȝ et iđ penes finē sumit ꝑfectio rei. Secūdū fundamentū est ꝙ inter potentias aie vegetatiue potentia generatiua est finalis et iđ ab ea ꝑt noiari et diffiniri aia vegetatiua. hijs fundamētis visis ꝑꝫ littera que dt ꝙ iustū est oia appellari a fine. finis aūt aie vegetatiue ē generare alterū tale quale ipm̄ est ex quo sequit ꝙ p̄ma aia scȝ vegetabilis sic ꝑt diffiniri. ꝙ aia vegetabilis est generatiua alterius similis sm̄ specē faciēdo alterū tale quale ipm̄ generās est ¶ Dubitaret aliquis vtȝ sit verū ꝙ generatiua potentia sit finalis potentia inter potentias vegetatiue sicut dt phūs.

Dicendū est ꝙ sic. hoc aūt dupliciter via declarari pt. Prima via sumitur ex naturali ordine qui est inter tres operacōnes aīe vegetabilis. ¶Ad cuius euidenciā notandū est ꝙ virtus nutritiua est deseruiēs augmentatiue q₂ subministrat sibi alimentū p qđ fit augmentū. est eciā deseruiēs generatiue. Nutritiua enī separat a nutrimēto qđ est superfluū ⁊ expellit ipm ad mēbra generacōis vt ibi accipiat virtutē formatiuam. ¶Augmētatiua aūt deseruit generatiue. ¶Augmētatiua enī pficit subiectū cuius est in q̄ntitate ⁊ figura vt sic pfectū possit generare Cum ergo tā nutritiua q̄ augmētatiua deseruiat generatiue apparet ꝙ generatiua est finalis potēcia cui instrumentaliter subseruiūt alie due virtutes. Secūda via ad idē ostendendū pt. ex hoc ꝙ potēcia generatiua ordinatur ad participandū eē diuinū qđ ē eē ppetuū. ¶Ad cuius euidenciā notādū est ꝙ eē diuinū qđ est eē ppetuū ē eē pfectissimū ⁊ finalissimū. Si aūt ita est oportz ꝙ illa potēcia que ordinatr ad ɔsequēdū hoc eē sit potēcia finalis ⁊ pfecta. talis aūt est potēcia generatiua et iđ potēcia generatiua declarat pfectionē illius cuius est Tūc vnūquodqz pfectū ē cū possit alterū tale q̄le ipm n ē generare

¶Secūdo quereret aliquis cum potēcia vegetabilis diuidat p tres virtutes scz nutritiuā. augmētatiuā ⁊ generatiuā. vtrū generatiua possit subdiuidi. Dicendū est ꝙ sic. Vna est enī generatiua que est in generante que quidē semē descendit. ¶Alia vero est virtus generatiua in semine que dr formatiua que dr operari p calorē seminis. hic aūt calor triplici virtute ē informat⁹ vnā virtutē hz ex hoc ꝙ est calor et ista est virtus dissolutiua et subtiliatiua et alteratiua seminis. hec enī agere hz calor. secūda virtus inest calori a virtute celi q₂ iste calor nō solū agit sed agit ad vitā. tercio iste calor agit in virtute aīe cuius est instrumentū qua virtute inducit formā corporis organici potēcia vitā habentis.

¶Tercio quereret aliquis. vtrū nutritiua aliquas virtutes habeat in quas diuidat. Dicendū est ꝙ sic. ¶Ad cuius euidenciā notandū est ꝙ nutritiua ad cōplementū sue operacōnis quadruplici virtute indiget. Indiget enī digestiua que ex ꝓprio calore naturali digerit ⁊ separat purū ab impuro ⁊ trāsmutat ipsum ad spēm eius qđ nutrit. secūdo indiget attractiua. Juuat aūt attractiua aliis tribz scz calore similitudine et vacuitate Juuat quidē primo calor attrahere q₂ calor naturalis sugit alī sicut ignis sugit oleū in lampade. secūdo iuuat a similitudine. aliqz enī accipit similitudinē mēbri ⁊ p illā mouet ad ipm sicut ferrū mouet ad magnetē. tercio iuuat vacuitate. est enī fuctus a vacuo. i. ne sit vacuū quā enī mēbra sunt vacua ⁊ poris membrorū ꝓpter multā spacia vt eis de

mi

ꝯditionē ⁊ ꝯſumptionē trahit alimentū· tertio indiget retentiua Retentio eīm cibi ad hoc opatꝫ vt tādiu ſtet cibꝫ in vno loco donec accipiat debitā alterationē· quarto indiget expulſiua· neceſſe eſt eīm ꝙ impuꝝ expellatꝫ· ⁊ ſic habemꝰ q̄tuoꝛ digeſtiuā· attractiuā retentiuā ⁊ expulſiuā que oīa ꝯcurrūt ad bonitatem alimēti· ¶ Deīn aūt dicit· Eſt aūt quo alitꝫ· oñdit ꝙ nutritiua in ſua opacōe indiget duplici inſtrumēto Indiget eīm alimento ⁊ calore naturali· ⁊ ꝑmo quidē hoc facit· ſcḋo ꝯcludit totā ptē p̄cedentē ibi Figuraliter quidē igitꝫ ¶ Quātū ergo ad ꝑmū dīt ꝙ illud quo aliquid alitꝫ dr̄ dupliciē ſicꝫ illḋ quo nauis gubernatꝫ· Gubernatur eīm nauis manu ⁊ temone ſꝫ tū manꝰ nō eſt inſtrumentū motū ab aliquo exteriori ſꝫ ſolū a ꝑncipio intrinſeco ſcꝫ a potētia hoīs mouētis ſeipm̄· Temon aūt ē mouēs motū· Eodē mō in nutricōe ꝯcurrit alimētū· ꝯcurrit eciā caloꝛ Neceſſe ē eīm ꝙ alimētū decoquatꝫ qđ aūt opatꝫ decoctionē caloꝛ eſt ſicut gubernatoꝛ manu mouꝫ temonē· temone āt gubernat nauē ſic aīa calido mouꝫ alimētū· vñ caloꝛ ē inſtrumētū ꝯiūctū ⁊ iō omē aīatū hꝫ calorē· ꝑ alimētū āt aīa nutritꝫ ¶ Deīn aū dīt· Figuraliter quidē igitꝫ· Cōcludit totā ptē p̄cedentē dicēs ꝙ figuraliter ·i· ſupficialiter dcīm eſt quid ſit alimētū· ſꝫ poſteriꝰ certiꝰ tractandū eſt in proprijs rōnibꝫ· fecit eīm vnū ſpecialē librꝝ de alimēto qui nondū ad nos ꝑuenit ſcḋm Egidiū

Determinatis autē hiis

Poſtꝙ̄ phūs dixit de pte vegetatiua hic incipit determinare de parte ſenſitiua ⁊ diuidit hec ps in duas ptes· qr̄ ꝑmo determinat de ſenſibꝫ· ſcḋo oñdit ꝙ ſenſus nō eſt intellcūs ibi· Cū aūt duabꝫ dr̄ñcijs Prima in duas qr̄ ꝑmo detminat de qnqꝫ ſenſibꝫ· ſcḋo inqrit Vtꝝ ſit aliqua alia potētia aīe p̄ter qnqꝫ ſenſus ibi· Cū aūt ſentimꝰ qđ videmꝰ· Prima in duas qr̄ primo determinat de quinqꝫ ſenſibꝫ exterioribꝫ· ſcḋo oñdit ꝙ nō eſt alius ſenſus ꝓpriꝰ p̄ter quinqꝫ ibi· Qđ āt nō ſit aliꝰ ſenſus p̄ter quinqꝫ Prima in duas qr̄ ꝑmo determinat de eo qđ ē ꝯē omī ſenſui· ſcḋo determinat de vnoquoqꝫ ſenſu in pticulari ibi dicendū eſt· Prima i duas qr̄ ꝑmo ponit intentū ſuū· ſcḋo incipit determinare de ſenſu ibi Senſus aūt· Primo ergo ponit itentū ſuū dicēs ꝙ determiatio hiis ſcꝫ q̄ dicta ſunt circa ptē vegetatiuā ꝯſiter ē dicēdū de oī ſenſu ⁊ de omī ſenſibili ¶ Deīn aū dīt· Senſus āt· Ad huiꝰ euidenciā notandū ē ꝙ in tercio phī ē ꝓbare ꝙ ſſus ē potētia paſſiua Circa ꝓbationē āt huiꝰ ſic ꝓcedit qr̄ ꝑmo oñdit ꝙ ſſus ē potētia paſſiā· ſcḋo oñdit ꝙ hec potētia paſſiā qñqꝫ ſit i actu ibi Cū āt ſentire dicim⁹. tercio q̄z facit mentionē de potētia diſtinguit de duplici potētia ibi. Diuidendū aūt. Prima in duas ꝑ ꝙ ꝓbat intentū ſuū duabꝫ rōnibꝫ. ſecūda ibi. Hꝫ aūt dubitationē. Prima rō ꝑt eē talis. Illa ūtus ē paſſiua in q̄ ꝯſiſtit moueri pati ⁊ alterari q̄z ſentire ē q̄ddā pati ergo potētia ſenſitiua ē potētia paſſiua. De hac rōe ponit phūs minorē in lr̄a dicēs. ꝙ ſenſus. i. ſentire accidit in moueri aliquid ⁊ pati. i. ſentire ex hoc accidit ꝙ ſenſus mouet̄ ⁊ patit̄ ſicut dcm̄ ē alibi. videt̄ ergo eē quedā alteratio ⁊ ꝑ cōſequēs q̄ddā pati qm̄ ſenſus recipit formā eius qd̄ ſentit̄ in actu. licet ꝓprie loquendo nō ſit alteratio vel paſſio in ſenſu ſicut infra dicetur Circa paſſionē aūt fuit duplex modus dicēdi antiquitus. Alij aūt antiquoꝝ dixerūt ſimile pati a ſimili Alij aūt dixerūt ꝯtrariū a ꝯtrario. Sꝫ quō hoc poſſit fieri vel nō fieri dcm̄ ē in vniu͛ſalibꝫ rōnibꝫ de agere et pati. i. dcm̄ ē in libro de generatiōe in quo agit̄ de actiōe ⁊ paſſione in ꝯi. ¶ Quereret aliqs vnū ſequit̄ ꝯña. ſenſus ꝯſiſtit in moueri ergo eſt potētia paſſiua. Dicendū eſt ꝙ hāc ꝯñam eē verā primo ꝑt ꝓbari ſic Sicut ſe hꝫ moue͛ ad potētiā actiuā ſic ſe hꝫ moueri ad potētiā paſſiuā ſꝫ ſic ſe hꝫ moue͛ ad potentiā actiuā ꝙ bn̄ arguitur ſi hoc mouet ergo hꝫ potētiā actiuā ergo a ſimili moueri arguit potētiā paſſiuā. ſecundo hoc ꝑt declarari ſic. Eiuſdē potētie ē ꝑfici cui⁹ ē moueri ad ꝑfectionē ⁊ econuerſo eiuſdē potētie eſt moueri ad ꝑfectionē cui⁹ ē ꝑfici. ſꝫ de rōne potētie paſſiue ē ꝙ ꝑficiat̄ ꝑ agēs ergo de rōe eiuſdē ē ꝙ moueat̄ ad ꝑfectionē. ſic ergo ꝑfici arguit potētiā paſſiuā ita ⁊ moueri. Imaginabimur ergo ꝙ de ratione potētie actiue ē ꝙ largiat̄ ꝑfectionē alteri ⁊ de rōe potētie paſſiue eſt ꝙ eā recipiat. ¶ Deinde cū dr̄. Hꝫ aūt dubitationē. Ponit ſecūdā rōnē ad ꝓbandū ꝙ ſenſus ē potētia paſſiua ⁊ ꝑmo hoc facit. ſecundo manifeſtat eā ꝑ q̄ddā exemplū ibi. Sicut ꝯbuſtibile. Ꝑmo ꝑt eē talis Si ūtutes ſenſitiue eēnt actiue ſenſus poſſent ſentire ſine aliquo ſenſibili exteriori ꝯñs eſt fm̄. Experimur eīm nos nō ſentire ſine ſenſibili exteriori ergo ūtutes ſenſitiue nō ſunt actiue ⁊ hoc eſt qd̄ dr̄ lr̄a que ita ꝯtinuet̄. Si virtutes ſenſitiue ſint actiue hꝫ dubitationē ꝓpt̄ qd̄ ſenſuū nō fiunt ſenſus. i. ſi ſenſus ſint ūtutes actiue merito dubitabit aliqs ꝓpt̄ quid ſenſus nō ſentiūt ſeipſos ⁊ q̄re ſentire non fit ſine aliquo exteriori ſenſibili igne ⁊ alijs elemētis quoꝝ eſt ſenſus cūtibus eīm organis ſenſuū aut fm̄ ſe aut fm̄ accn̄tia ſua qm̄ aūt impoſſibile ē ꝙ ſenſus fiat ſine exteriori ſenſibili. manifeſtū ē ꝙ ſenſitiuum id eſt eſt virtus ſentiua non eſt in actu ideſt non eſt virtus actiua ſꝫ potentia tantū. i. eſt ūtus paſſiua. Unde et ſenſus non ſentiunt ſine ſenſibilibꝫ a quibus fiunt in actu.

¶ Deīn cū dt. Sicut ꝯbuſtibile. manifeſtat q̄d dixit ꝑ exemplū dicens. q̄ ſicut ꝯbuſtibile nūq̄ ꝯbureretur actu a ſeipſo ſine ꝯbuſtiuo generante ſpēm ſuple in ipſo ꝯbuſtibili ita ſenſus nūq̄ ſit in actu ſine ſenſibili generante ſpēm in ipſo ſenſu. ſi eñ ꝯbuſtibile poſſet ꝯburere ſeipſum nō indigeret igne actu ꝯburente. eo aūt ipſo q̄ indiget manifeſtū eſt q̄ ꝯbuſtibile dt potētiā paſſiuā ⁊ nō actiuā. eodē mō eo ipſo q̄ ſenſus indiget ſenſibili a quo fiat in actu pꝫ q̄ ſenſus eſt ūtus paſſiua.

¶ Quereret aliquis Utrū ſenſus ſit virtus paſſiua ſicut dt phūs. videtur q̄ nō. Uegetatiua eñ potentia eſt ignobilior q̄ ſenſitiua ſꝫ vegetatiua eſt ūtus actiua ergo multo magis ſenſitiua eſt ūtus actiua.

¶ Ad oppoſitū eſt dcīn phi. Dicendū eſt q̄ ſm ſententiā phi ſenſus eſt ūtus paſſiua. hoc aūt pꝫ ſi declaremus ꝯñam phi que talis eſt. Si ſenſus eſſet ūtus actiua ſentiret ſe et ſuū organū. ꝯñs eſt falſum. quia oculus nō videt ſe nec albedinē nec nigredinē i ſeipſo exiſtentem ergo ſenſus nō eſt ūtus actiua. ꝯña pꝫ quia ſicut ſcribit ſcd̄o de generatione. quanto agens eſt ꝓpinquius paſſo tanto actio fortior eſt. ſꝫ ſenſibilia ſunt in organis ſenſuū. attribuunt eñ cuilibet organo ſenſuū aliqḋ elemētū qḋ dn̄at in eo. ſi ergo ūtus ſenſitiua ē ūtus actiua poterit ſentire elemēta exiſtēa in organis ſenſuū ⁊ iō dt phūs in lr̄a q̄ ſi ūtus ſenſitiua ſit ūtus actiua merito dubitabit aliquis quare ſenſus nō pōt ſentire ſeipſum .i. organū ſuū ſcīꝫ. ꝯpoſitū ex igne terra ⁊ aliis elemētis exiſtētibꝫ in organis ſenſuū. poſſꝫ eñ aliquis dicere phō. ſi ſenſus ſit ūtus actiua tñ nō pōt ſentire ſine exteriori ſenſibili et hoc quia nō ſit actio agētis niſi pñte paſſo. ſicut ignis nō caleſacit niſi pñte caleſactibili Eodē mō ſenſus ⁊ ſi ſit ūtus actiua nō pōt ſentire niſi pñte ſenſibili. Contra ſic dicendū dt phūs q̄ ſi ſenſus eēt ūtus actiua nō minꝰ deberet ſentire elemēta ꝯponētia organū ſenſus quia ipſe ſenſus pñs eſt. Elemēta eñ ꝯponētia pñtia ſunt pñte aūt agente et paſſo ſequitur actio agentis. Secunda via pōt ꝓbari q̄ ſenſus eſt ūtus paſſiua. hoc aūt fiet ſi dicemꝰ aliquem intellectū lr̄e phi

¶ Ad cuiꝰ euidentiā notandū eſt q̄ ad hoc ꝓbandū poſſumꝰ ſic arguere. Illa potētia que de ſe nō hꝫ actū imo de ſe ē nuda ab actu ē potētia paſſiua. ſꝫ ſenſus de ſe nō hꝫ actū ſed recipit ad actū ꝑ ſenſibile ex. ſenſus eñ de ſe nudus eſt a ſenſibilibus ⁊ a ſpēbꝰ eoꝝ ergo ſenſus eſt potētia paſſiua q̄ aūt ſenſus de ſe ſit nudus a ſenſibilibꝫ pꝫ. Si eñ ponerēmꝰ ſicut poſuit Empe. q̄ ignis terra ⁊ alia elementa ꝯponerent ipſam animā ſenſitiuā quia ſm eum terrā terra cognoſcimꝰ ⁊ ignē igne neceſſario hēmꝰ ponere q̄ aīa ſenſitiua de ſe nō eſſet in potētia reſpectu ſenſibiliū ſꝫ in actu ⁊ ꝑ ꝯñs potentem⁹ ꝙ eſſet ꝟtus actiua que poſſet ſentire ſeipſam ſine extrinſeco ſenſibili ⁊ hoc ē ꝙ forte uoluit phūs dīc in lrā· ꝙ ſi ignis terra ⁊ alia elemēta exiſtūt in aīa ſenſitiua ꝑ̄ueniēs dubitabit aliquis quare ſēſus nō ꝓt ſentire ſeipm̄· ac ſi dicat phūs· ſi aīa ſenſitiua eſt in actu reſpectu ſenſibiliū ex quibꝫ ꝯponit̄ ſequit̄ ꝙ poſſit ſine extrinſeco ſenſibili ſentire elemēta que ipſam ꝯponūt ⁊ ꝑ ꝯñs ſeipſaꝫ ſed qꝛ aīa ſenſitiua de ſe nuda eſt a ſpēbꝫ ſenſibiliū de ſe eſt in potentia reſpectu illoꝝ ⁊ qꝛ eſt in potētia reſpectu illoꝝ nullū actū ꝓt habere niſi reducat̄ ad actū ꝑ ipa ſenſibilia· et iō ſenſus nō ꝓt ſentire ſe ſentire niſi ꝑmo reducat̄ in actū ꝑ ipa ſenſibilia. Dicit aūt ſentire ſe ſentire· ſuppōnens ꝙ ſēſus ſit aliquo mō reflexiu⁹· Vtꝝ aūt ita ſit alienā declaratōnē requirit· Tercia via ad ꝓbandū ꝙ ſenſus eſt ꝟtus paſſiua pꝫ ſi ſequamur ꝯmune dictū· Sentire eñ ſit motus ſuſcipiēdo et nō extramittendo Argumē⁹ eñ ſic· Virtus que recipit eſt virtus paſſiua· ſed ſentire ſit ꝟtus recipiendo. Sentire eñ eſt motus ad aīam· ex hoc eñ ſit ſentire ꝙ trahūt̄ ad aīam ſm eē intētionale ⁊ nō ex hoc ꝙ ſenſus agit in ſenſibilia ergo ſēſus eſt ꝟtus paſſiua ⁊ hoc eſt qđ ꝺr ꝯmuniter ꝙ ſentire ſit ꝑ aliquā paſſionē ⁊ motū i ſenſibꝫ a ſenſibilibꝫ nō ꝓpter actionē ſenſuū in ſenſibilia. Ad argumētū pꝫ· Nō eñ ſequit̄ ꝙ ſi vegetatiua eſt potentia actiua ꝙ ꝓpter hoc ſenſitiua eſt potētia actiua· nobilior eñ eſt paſſio ſenſus potentie ꝙ̄ actio vegetatiue· cui⁹ ratio eſt· qꝛ hec paſſio uel eſt ipa ſenſatio ⁊ magnitudo uel eſt ꝑuia ad cognitionem

¶ Deinde cū dicit. Quoniā aūt ſentire· Poſtq̄ oſtēdit ꝙ ſēſus ē potentia paſſiua hic oſtēdit ꝙ aliquā ſit in actu et duo facit qꝛ ꝑmo oſtēdit ꝙ aliquā ē i actu· ſecūdo oſtēdit a quo ſit i actu ibi· Omnia aūt patiuntur· Prima i duas qꝛ ꝑmo facit qđ dictū eſt· ſecūdo manifeſtat quod dictū eſt ibi· Primū quidē ¶ Dicitū ergo ad ꝑmū dicit· Sentire dr̄ duobꝫ modis in potētia et in actu· Dicimus eñ hūc videre uel audire in potētia puta quī dormiens eſt dicim⁹ eū eñ videre et audire i actu puta quā vigilans eſt ⁊ vtī operat̄. Si aūt ſentire dr̄ duobꝫ modis ſcꝫ potētia ⁊ actu ⁊ ſēſus eodē mō dr̄ duobꝫ modis· Eſt eñ ſēſus i potētia ⁊ ſēſus in actu ¶ Deinde cū dicit Primū quidē igit̄· Manifeſtat qđ dictū ē Dictū eſt eñ ꝙ ſentire ē in actu· hoc aūt videt̄ repugnare ei qđ dictū ē ꝙ ſentire ē quoddā pati· Agere eī ⁊ pati opponūt̄· Ad hoc eñ rn̄dꝫ phūs dicens· ꝙ ita dicim⁹ ſentire in actu ac ſi dicimus ꝙ pati ⁊ moueri ſit quoddā agere· i· quoddā eē in actu· nā motus ē quidā act⁹ ſꝫ imꝑfect⁹ Eſt eñ act⁹ mobilis vt dr̄· iij· phiſicoꝝ Sentit aūt motus eſt act⁹ ita mouētī ⁊ ſentire eſt quoddā eē in actu

Notandū ē ꝙ omē illud pt dici actus qđ actuat aliqđ ⁊ qꝛ motio facta in ſēſu ab ipo ſēſibili actuat ipm iđ ipa motio pt dici act⁹. ¶ Deinde cū dt. Oīa aūt. Poſtq̄ dcm̄ ē ꝙ ſēſus ē in potētia hic oñdit a quo ē fit in actu. ¶ Ad euidentiā notādū ē ꝙ potētia paſſiua dꝛ in hitudine ad actiuā potētiā. ⁊ potētia paſſiua ſp ſupponit actiuā. nō enī potētia paſſiua trahit ſeipam ad actū ſed trahit ab actiua ⁊ hoc ē qđ dt lr̄a. qꝛ oīa q̄ patiūt ⁊ mouēt. patiūt ⁊ mouēt ab actiuo qđ ē in actu ens reſpectu paſſi. De rōne aūt actiui ē ꝙ trahat ipm paſſum ad actū traſcēdo aūt ipm aſſimilat illud ſibi et iđ ↄtingit ꝙ ipm pati ē a ſimili et a diſſimili ſic iā dcm̄ eſt. Ipm enī paſſum dū ē in pati ⁊ in trāſmutari diſſimile ē. qñ aūt iā paſſum ē ſimile ē ⁊ hoc qꝛ iā tractū ē ad terminos agētis. Notandū ē ꝙ ſm phm ſēſus ē potētia paſſiua. ſenſibile aūt ē actiuū ⁊ iđ ſēſus ab ipo ſenſibili reducit ad actū ⁊ hoc ē ꝙ voluit dicere phūs in lr̄a. ꝙ oīa poſſibilia p actiuū reducūt ad actū

Diuidendū autē Poſtq̄ phūs dixit ꝙ ſēſus ē in potētia poſtq̄ etiā dixit ꝙ aliqñ fit in actu p actiuū In pte iſta diſtinguit de potētia et actu dās intelligere duplicē potētiā. qꝛ pmo diſtinguit duplicē potētiā in intellcū. ſcđo i ſenſu ibi. Senſitiui aūt pma quidē mutatio. Prima in duas. qꝛ pmo diſtinguit duplicē potētiā. ſcđo dat drām inē illas ibi. Vtriq3 āt hoꝝ. Primo diſtinguit duplicē potētiā dicēs ꝙ diuidendū ē .i. ↄſiderandū eſt quot modis dꝛ potētia ⁊ act⁹ dꝛ enī duobꝫ modis ⁊ pꝫ āt intellcm̄. Uno enī mō aliqđ dꝛ potētia ſciēs qꝛ hꝫ naturalē potētiā ad ſciendū. eo mō quo dicim⁹ ꝙ hō ē de nūo ſciētiū et hñtiū ſciam mgr̄tū aptus natus ē ad hñdū habitū ſcie. Scđo mō aliquid ē in potētia nō qꝛ ſit in potētia ad hitū ſcie ſꝫ qꝛ ē in potētia ad ↄſiđare eo mō quo dicim⁹ ꝙ ſciēs ⁊ hñs hitū ḡmatice ē in potētia ad ↄſiderandū. Notandū ē ꝙ intentio phi ē dicē ꝙ in intellcū ē duplex act⁹. ē enī ibi act⁹ vt for. dicim⁹ enī formā eē actū ⁊ talis act⁹ ſcia ē ⁊ ad hūc actū ē pma potētia. Scđus aūt act⁹ eſt qui ē agere ⁊ ad hūc actū ē ſcđa potētia. eo mō quo dicim⁹ ꝙ ſciēs iā hñs hitū ſcie ē in potētia ad ↄſiđare. ¶ Diceretꝫ aliqs Vtꝝ eodē mō dicit pma potētia ⁊ ſcđa. Dicēdū ē ꝙ nō. ¶ Ad euidentiā notādū ē ꝙ pma potētia aſſimilat potētie materiali. ſcđa aūt magis aſſilāt potētie hituali. Primo dico ꝙ pma pō magis aſſimilat potētie mālī qꝛ ſicut mā anq̄ hēat formā ē i pō vt fiat for ē i eſſcū ita intellcūs poſſibilis anq̄ hēat ↄceptū veri ē i pō vt fiat for in ↄceptu ⁊ iđ dt phūs in lr̄a loquēs de hac potētia ꝙ hō ē de nūo ſciēnciū .i. de nūo poſſibilium accipe ↄceptū veri ſcibilis ſcđo dicit ꝙ ſcđa potētia aſſimilat potētie ſbi ītali· hītus eīn tenet medīū īt̄ potētiā purā ⁊ actū purū· dr̄ cū etiā hītus ē ꝙ hñs hītū p̄t exire in actū niſi impediat̄· ex quo ſequit̄ ꝙ hītus ē potētia quā quis hñs p̄t exire in actū· Et de iſta potētia loquit̄ phūs in lr̄a ꝙ ſciēs ē in potētia ad cōſiderandū ꝯ rō eſt ꝗa ſcīa ē ſīt ꝗdā potētia hītus alio quā quis hñs p̄t exire ī actū ſuū niſi impediat̄· Deīn cū dicit Dixi aūt hoꝝ· ponit drīam inter has duas potētias ⁊ diuidit̄ hec ps in tres ptes ſm ꝙ ponit tres drīas· ſcđa ps ibi· Anīo quidē· tercia ps ibi· Speculatia eīn fit hñs ſciētiā· Ponit ergo pmā drīam et ē iſta ꝙ poſſibile pmo mō ē ·q· poſſibile ad modū materie· poſſibile aūt ſcđo mō magis dr̄ potētiā hītus lʒ quā qs hñs cōſiderare poterit niſi aliqd phibeat extrīſec⁹· hec ē ergo qđ dr̄ lr̄a· ꝙ vtreqʒ hoꝝ modoꝝ ñ ē eodē mō potētialis· poſſ ei pmo mō iđ ē poſſ quī ē gen⁹ hūdi et materia ⁊ iđ ē poſſ qꝛ hʒ naturam lʒ aptitudinē ad ſciendū p quā aſſimilat̄ in tali genere· Poſſ aūt ſcđo mō iđ eſt poſſ· qꝛ volēs· i· cū voluerit poſſibile ē cōſiderare niſi aliquid phibeat extrīſec⁹ quī aūt actu cōſiderat hāc lr̄am a vel aliqd aliđ ſcibile tūc ē actu ens ⁊ tūc ꝓprie dr̄ ſciēs· Notādū ē ꝙ q̄to aliqd ē actualis⁹ vt ſic tāto ē pfect⁹· hīt⁹ aūt diſtat ab actu· act⁹ aūt nō p̄t diſtare a ſeipō qꝛ nulla res a ſeipſa diſtat· vt eīn iā dcm̄ ē hītus tenet mediū īt̄ purā potētiā ⁊ actū ſcđm qꝛ ē in quodā receſſu a potētia pura ⁊ in quodā acceſſu ad actū ſcđm· Ingſtū aūt hītus recedit a potētia pura p̄t dici act⁹ ſed ingſtū diſtat ab actu ſcđo dr̄ eē potētia eo mō quo dicim⁹ ꝙ ſciēs ē in potētia ad cōſiderare ⁊ qꝛ hītus ē admixt⁹ potētie· act⁹ aūt nō iō dicit phūs in lr̄a ꝙ actu ſciēs ē ꝓprie ſciens ⁊ magis q̄ ſciens in hītu· qꝛ quāto ens q̄to actus ē tāto magis recedit a potētia ⁊ accedit ad actū·

Deīn cū dr̄· Anīo quidē igit̄ ponit ſcđā drīaʒ inter pmā potētiā ⁊ ſcđā· et pmo qđē ponit hāc drīam· ſcđo declarat qđdā dictū ibi Nō ē aūt ſimplr̄ neqʒ pati· ponit ergo ſcđā drīam ⁊ p̄t eē rō ſua ad hāc rōnē cōtrahēdā talis Ille potētie q̄ alio ⁊ alio mō reducunt̄ ad actū ſunt diuiſe· ſʒ pma potētia aliter reducit̄ actū q̄ ſcđa· qꝛ pma reducit̄ p alterationē· ſcđa aūt ñ ergo pma dr̄t a ſcđa· Viſa hac rōe pʒ lr̄a q̄ dr̄· ꝙ cū ambo primū ſint ſciētes ſm potētiā ſʒ tn̄ pma potētia alit̄ reducit̄ ad actū q̄ ſcđa· nā qđ ē in potētia pmo mō reducit̄ ad actū ·q· alteratus p doctrinā ⁊ ſepe motū ab aliquo alio exiſtē in actu ſic a magiſtro ⁊ multocies talis mutatio eſt cōtrarius hītu· qđ aūt ē in potētia ſcđo mō iā ē hñs hītū ⁊ iō ſolū trāſit ex nō agere in agere ſiue ex ente in actū· Iſte eīn iā hʒ ſenſū vel ſciētiam ſʒ nō hʒ ea in agere ⁊ iō trāſit de ocio in actū ita ꝙ ſm aliū modū eſt in paciētia ⁊ ſm aliū modū eſt in agere.

¶ Quereret aliquis. Utrū ſit verū qd̄ dīt phūs ſcʒ ꝙ ꝑma potentia aliqñ trāſit in actū ex ꝯtrario habitu. Dicēdū ē ꝙ ſic. hec aūt declarari pōt duobꝫ modis. Primꝰ modꝰ declarādi talis ē. cū aliquis reducitur de potētia ꝑma in actū de ignorante fit ſciēs. Ignorātia aūt ē duplex. Uno mō ſm ſimplicē negationē q̄ñ ſcʒ ignorās nec veritatem cognoſcit nec ꝯtrario errore detinetur qui quā dē errore ꝯtrariꝰ habitus ſcīe ⁊ cū ſic ignorās ē fit actu ſciens. nō ꝙſi mutatus de ꝯtrario hītu q̄ ut ſuppoſitū eſt nō fuit ſub ꝯtrario hītu ſʒ reducit in actū ſolū ſic acquirēdo ſciam. ſecūdo mō dr̄ aliq̄s ignorās ſm ꝑuā diſpoſitionē utpote qui detinet errore ꝯtrario veritati ⁊ talis ignorās reducit in actū ex ꝯtrario hītu. Secūdus modꝰ declarādi hāc veritatē ē talis diſpoſitio ⁊ hītus nō ſunt ꝯtraria ſm illd̄ ꝙ ſunt hītꝰ tn̄ aliquā ꝯtrarietatē q̄tū ad modū q̄ diſpoſitio ē q̄litas facile mobilis. hītus aūt ē q̄litas ſtās ꝯpleta ⁊ imobilis. ex quo ſequit ꝙ aliquid reduci ex diſpoſitōe in hītū ſit reduci ex quodā ꝯtrario ita ꝙ opʒ ſic dt̄ phūs in ſcīa diſcentē multotiēs mutari ꝙ nunc mutet ex ignorātia in diſpoſitionē nūc aūt ex diſpoſitōe in diſpoſitionē aūtq̄ ꝯpleta fiat.

¶ Secūdo q̄rerz aliquis. Utrū hec reductio poſſit ad actū ſꝑ fit a magiſtro ſicut ab actu ente. Dicēdū eſt ꝙ oē qd̄ ſcimꝰ vel diſcēdo vel inueniēdo ſcimꝰ. Si aūt ſcia nr̄a ꝑ doctrinā acquiratur ſic dici pōt ꝙ eſt a magiſtro. tn̄ ſemꝑ hoc eſt a lumine nobis innato niſi enī hēremꝰ lumē innatū in cuius ꝟtute t̄mini cognoſcibiles moueret intellectū poſſibilē poſſibilitas intellectus nūq̄ reduceret ad actū. Si aūt ꝯtingat nos acquirere ꝑ inuentionē ſciam cū talis acquiſitō nō fit ꝑ ꝟtutē magiſtri opʒ nos dīc ꝙ hoc fit ꝟtute luminis. Imaginabimur enī ꝙ i uno ⁊ eodē potētia ꝑdit actū et ꝑ ꝯñs in intellctū poſſibili potētia actū ꝑdit q̄ pꝰ pōt actuari q̄ actuet. In diuiſio aūt actus ꝑdit potētiā q̄ potētia paſſiua nō reducit ſemꝑ ad actū ⁊ iō opʒ dare aliquē actū ꝑdentē a quo reducatur. Intellctus ergo poſſibilis ſupponit intellectū agentē cuiꝰ ꝟtute cauſat ſcientia.

¶ Deīn cū dicit. Nō ē aūt ſimpliciter neqʒ pati. declarat q̄odā dcīn. dicerent enī ꝙ ꝑma potētia reducitur ad actū ꝑ alteratōnē. ex quo poſſet aliquis credere ꝙ in intellctū eſſet vera paſſio ⁊ vera alteratio. hec aūt excludēdo phūs diſtinguit de paſſione dicēs ꝙ pati nō dr̄ ſimpliciter. i. vno mō ſʒ multis modis. Uno enī mō dr̄ paſſio ſm q̄ndā corruptionē q̄ eſt a ꝯtrario ita ꝙ paſſio ſm iſtū modū includit abiectionē forme ꝯtrarie a paciēte ſiue iſta forma ſit ſubſtāis ſiue accidētalis. Secūdo mō paſſio nō ē corru ptio sed magis est salus ⁊ ꝑfectio eius qđ ē in potētia ab eo qđ est in actu ⁊ a simili. sic enī se hȝ potētia ad actū ꝙ act⁹ ē quodāmō salus potētie q̄ eā ꝑficit. Notandū ē ꝙ potētia nichil aliud est q̄ quidā ordo ad actū. si aūt ita ē sequit̄ ꝙ act⁹ quodāmō assimilet̄ potentie. nisi enī aliqua similitudo eēt int̄ actū ⁊ potētiā nō eēt necessariū ꝙ ꝓprius act⁹ eēt in ꝓpria potētia. ex hoc enī ꝙ ꝓprius act⁹ requirit ꝓpriā potētiā manifeste apparet ꝙ act⁹ est similis potētie ⁊ nō ꝯtrari⁹. ⁊ hoc est qđ đt ph̄s in līa ꝙ passio que est in intellectu magis ē salus ⁊ ꝑfectio q̄ corruptio. cū act⁹ eīs ē q̄ actus saluat ⁊ ꝑficit potētiā sic̄ simile saluat suū simile. ¶ Quereret aliqs Utrū act⁹ sit salus potentie vel ꝯtrari⁹. videt̄ ꝙ ꝯtrari⁹. q̄ sm̄ cōmentatorē in p̄mo libro phisico℞ In aduētu forme destruit̄ potētia materie. hec aūt nō eēt nisi potētia magis esset ꝯtraria forme ⁊ actui q̄ similis. sicut aūt est de potentia materie ita videt̄ ꝙ sit de aliqua potētia passiua siue sit in intellectu siue in sensu. ¶ Ad oppositū ē dictū phi in līa. ¶ Ad hāc q̄stionē dicēdū est ꝙ potētia q̄ ē ad actū simili q̄lis ē potētia passiua p̄t accipi duplicit̄ intellectū. Primus intellect⁹ ē ꝙ potētia dicit ordinē ad actū ⁊ ꝙ dicit qđdā ꝑfectibile p actū ⁊ q̄ similitudo ē int̄ ꝑfectibile ⁊ ꝑfectionē iđ sm̄ hūc modū similitudo ē inter potētiā ⁊ actū sic̄ inter ꝑfectibile ⁊ ꝑfectionē ⁊ sm̄ hūc intellectū dixit ph̄s in līa ꝙ actus assimilatur potentie. Secūdus intellectus potētia est sm̄ ꝙ potētia dicit quid ꝑfectibile p actū cū carētia tn̄ act⁹ ⁊ sm̄ hūc intellectū tn̄ ꝯtrariat̄ potentia actui q̄ntū sibi ꝯtrariat̄ carentia act⁹. Potentia enī sm̄ hūc intellectū includit carētiā act⁹ q̄ quasi largo mō accipiēdo ꝯtrariū ꝯtrariat̄ h̄itui. nō potētia sm̄ hunc modū ꝯtrariat̄ actui ⁊ hoc ē qđ đt cōm. p̄mo phisico℞ ꝙ potētia destruitur in aduētu forme. Potētia enī sm̄ qđ đt quid ꝑfectibile p actū nō destruit̄ in aduētu forme sȝ magis ꝑficit̄. In tm̄ aūt destruit̄ inq̄ntū includit carentiam forme ⁊ actus

¶ Deinde cū dicit. Ex aere quidem ponit tertiū quod includitur in ſententia ſua dicit ꝙ impoſſibile eſt corpus animatū ꝯſtare ex aere ⁊ aqua .i. impoſſibile ē magꝰ aīatū eē magꝰ ſimplex quā eē eſt. q2 corpus aīatū dꝫ eē magꝰ ſecundū in ſe terminatū. hec aūt elementa humida ſunt et ſuſcepibilia nō bene ſicut nec bene terminabilia in ſeipſis ſed ſolū terminis alienis. corpus aūt aīatū ſi dꝫ eſſe inſtrumentū aīe oportꝫ eſſe mixtū ex terra ⁊ hijs elementis ſcꝫ aqua ⁊ aere hec aūt magꝰ aīatū videt̄ eē caro vel aliquid ꝓportionabile carni ⁊ ſic p3 ex oībꝫ iſtis ꝙ illud corpus quod eſt medium in tactu eſt nobis adnatum et ꝙ per ipſum ſunt ſactus cum tamē factꝰ sunt plures sensus. Notandū ē q ex dictis istis destruit quandā oppinionē que ponebat eē contra unitatē sensus contrarietas. contrarie enī sunt que sub uno sunt quod sensus tactus ē plures q unus. Contra hoc erat quedā oppinionis q sensus tactus sit p unum mediū unius naturale ex quo aliqui poterant arguere oppositū q sensus tactus eēt unus. Hanc oppinionē destruit philosophus dicens q mediū i tactu suū ē connaturale et corpus mixtū. Et unitas huius corporis nō arguit unitatē tactus sicut nec unitas medij arguit unitatē visus auditus et olfactus. ¶ Quereret aliquis. Utrum corpus aīatū debz eē simplex vel mixtū. Dicendū ē q tribus viis ostendi pōt tale corpus debere eē mixtū. Prima via sumitur ex diversitate organorū. aīa enī requirit diversitatē organorū. requirit p quā exerceat opa sua p aliud enī organū est visus et p aliud est auditus et sic de aliis operationibus aīe que requirūt diversitatē organorū. Corpus autē sive elementū simplex nō compatit talē organorū diversitatē. Secunda via sumit ex hoc q aliter est de medio in tactu et in aliis sensibus. hoc enī est regulare et universale in medio omnibus sensus. q de ratione medij q nulla qualitatē illius rei sensibilis cuius ē sensus habz in actu sed dz eē in potentia ad oēs tales qualitates. q autē mediū in sensu nullā qualitatē hēat in actu pōt intelligi duobus modis. Uno modo q oīno est privatū tali qualitate q hoc accidit i medio visus auditus et olfactus. tale enī mediū nō est coloratū est enī diaphanū enī est inodorabile. Secūdo modo pōt intelligi nō q mediū sit oīno privatū qualitate quā recipit sed q privatū est qualitate in excellentia et tale mediū ē in tactu. Mediū enī in tactu est denudatū contrarijs qualitatibus oppositis quā qualitatē est in quadā mediocritate ad excellentias qualitatū sensibiliū. Si autē corpus aīatū qd est mediū in tactu eēt elementū simplex sequeret q mediū in tactu haberet qualitates tangibiles i excellentia. Argumentū enī sic qualitates tangibiles sunt in corporibus simplicibus secundū suas excellentias si ergo corpus simplex eēt mediū in tactu sequeret q mediū in tactu hēret qualitates tangibiles in excellentia qd ē impossibile. hec autē impossibilitas pz sic. Mediū in sensu dz eē denudatū a natura recepti sed mediū i tactu recipit qualitates in excellentia. q p tale mediū tales qualitates sentiunt ergo debet eē denudatū a talibus qualitatibus. Tertia via est via philosophi quā ponit in littera. Mediū enī in tactu nō pōt eē tantū ex terra q nō haberet tantā aptitudinē ad vitam. terra enī hz frigiditatē et siccitatē. frigiditas autē et siccitas sunt qualitates mortificative et ideo quod omnino terreum est non vivit. non potest etiam tale mediū esse tantū ex aqua vel aere cuius ratio iam dicta est q tale mediū dz esse

[illegible]

ſic imperceptibiliter ineſt ⁊ ſimiliter aīalia que ſunt in aqua latet ſi duo corpa humectata ꝑ aquā tangāt ſe qꝛ eīm ꝯtinue ſunt in aqua non ꝑcipiūt aquam que eſt inter corpa ſe tangencia. Notandū eſt ꝙ alia racio eſt quare nos latet magis de aere q̄ȝ de aqua qꝛ aer ſubtilioꝛ eſt et ꝑ ꝯñs minus eſt ꝑceptibilis. aqua autē groſſioꝛ ⁊ materialioꝛ eſt ⁊ idō magis a ſenſu ꝑcipit. ¶ Quereret aliquis. Utꝝ hoc mediū extrinſecū de quo facit mencionē phūs ꝓhibeat tactū. Videtur ꝙ ſic. qꝛ medium in quolibet ſenſu debet eē denudatū a q̄litatibꝫ ſenſibilibꝫ ꝑ ſenſum illum. ſicut diaphonū eſt denudatū a colore. cū ergo hoc mediū qđ ponit phūs habeat qualitates tangibiles qꝛ aer ⁊ aqua nō denudātur a qualitatibꝫ tangibilibꝫ videt ꝙ ꝑ tale mediū nō poſſit fieri ſenſus tactus

¶ Ad queſtionē dicēdū eſt ꝙ aer et aqua ſunt facile mutabiles ab extrinſecis qualitatibus ⁊ ꝑpue q̄ñ ſunt modice quātitatis ſicut accidit in aere ⁊ aqua qui includūtur infra duo corpora ſe tangencia et qꝛ ſunt facile mutabiles ideo nō ꝓhibent ſenſum tactus quin ꝑ ip̄a poſſit fieri. ꝓpter eīm facilitatē ad mutationem de facili recipiūt extrinſecam qualitatem qua recepta tranſmutant mediū intrinſecum in tactu ⁊ ꝑ ꝯñs ipſum tactū. Advertendū tamen ꝙ aer minus impedit q̄ȝ aqua. qꝛ habet qualitates tangibiles minus ſenſibiles. unde ſi qualitates tangibiles aeris ⁊ aque intendantur magis impeditur tactus.

¶ Secundo q̄reret aliquis. Utꝝ elementa poſſint pati ab elementis in quibus naturaliter habent eſſe. ut utrum piſces poſſint pati ab aqua et alia animalia que vivunt in aere ab ipſo aere. Dicendum eſt ꝙ ad iſtam queſtionem aliter dixit commentatoꝛ et aliter dicunt moderni. Commentatoꝛ dixit ꝙ nos non patimur ab aere et aqua. cuꝰ racio fundatur ſuper duo fundamēta. Primū fundamentū eſt ꝙ omne quod patitur patitur a ſuo contrario. hoc autem fundamentum patet nam paſſum in principio motꝰ et alterationis eſt diſſimile et ꝯtrarium agenti in fine autem fit ſimile. Ad hoc enim eſt omnis paſſio et omnis alteratio ut ip̄m paſſum trahatur ad terminos et ſimilitudinē agentis. Secundum fundamētum eiuſdem eſt ꝙ locatum non eſt contrarium loco ſed magis ſimile. Ratio autem huius fundamenti patet. Nam cōtrarium non mouetur naturaliter ad contrarium nec contrariū quieſcit naturaliter in ꝯtrario ſed in ſimili cum ergo locatum moueatur naturaliter ad locū naturaliter in ipſo quieſcat. ſequitur ꝙ locatum non contrariatur loco ⁊ ꝑ ꝯñs ab ipſo non patitur ſicut patꝫ ex primo fundamento. Ex hijs autem arguebat ſic commentatoꝛ ꝙ locatum non patitur a loco. ſed nos comparamus ad aerem et aquam ſicut locatū ad locum ergo nos nō patimur ab aere ꝛ aqua ſic ergo dixit ꝯm. ¶Moderni aūt tenentes et ſequētes aliā viā dicunt ꝙ corpora noſtra pati pñt ab aere et aq̄. Ratio autē eoꝝ fundat ſup duo fundamenta. Primū fundamentū eſt ꝙ corpā noſtra eodem modo comparantur ad corpa ipſa continencia ſicut eoꝝ elementa locata ad ſua loca et ad ipſa corpora que ipſa continent. Ratio aūt huiꝰ ſimilitudinis eſt quia ſicut elemēta naturaliter habēt ſuū locū ita ꝛ corpa noſtra naturaliter ſortiūtur locum ꝛ naturalem motū ex natura elementi p̄dn̄antis vt ſicut ſe hꝫ elementū ſimplex ad ſuum locū p naturam ſuā ſimplicē ita ſe habet corpus mixtū ad locū ſuū naturalem p naturā elementi ſimplicis in eo p̄dn̄antis. Secūdū fundamentū eſt ꝙ elementa in ſuis extremitatibꝫ alterāt ſe ſicut pꝫ in p̄mo methaurorꝫ et p ꝯñs elementū locatū ꝛ patitur ꝛ alteratur ab elemento locante et ſic locatum patitur a loco. Ex hijs p̄t ſic argui. Jta ſuo mō ſe hꝫ elemētū ſimplex ad ſuum locum ſicut corpus mixtū ad ſuum locum ſed elementū ſimplex p̄t pati a ſuo loco vt a corpore ꝯtinente ergo ꝛ corpus mixtū p̄t pati a corpore ſe ꝯtinente. ¶Ad rationē ꝯmentatoris diuerſi diuerſimode reſpondent. Quidā enī dicunt ꝙ elementa pñt ꝯſiderari duobus modis. vno modo ſm formas ſubſtanciales. ſcd'o mō ſm qualitates actiuas ꝛ paſſiuas. ſi p̄mo modo ꝯſiderentur. ſic in elementis eſt ratio loci. hoc autē patet quia quanto elementum eſt formalius tanto magis habet rationem locandi ꝛ cōtinendi. quāto autem eſt minꝰ formale et magis materiale tanto minus habet rationē loci et magis rationē locati. Ymaginabimur enī ꝙ corpus celeſte eſt corpus formaliſſimū et ideo maxime et in vltimo gradu ſaluatur in eo ratio locationis ꝛ ꝯtinentie. Jn alijs autē corporibꝰ que ſunt infra ſperam actiuorum et paſſiuorum magis ſaluatur ratiō loci quanto magis ſaluatur in eis ratio forme. tanto autē magis ſaluatur ratio forme in talibus corporibus quāto magis appropinquāt ad primum corpus id eſt corpꝰ celeſte. Si autem conſiderentur elemēta ſm qualitates actiuas ꝛ paſſiuas ſic in eis ſaluatur ratio paſſionis et alterationis. hijs viſis patet ad rationē ꝯmentatoris. Nam ſm hanc viam. ab alio oritur ratio locationis et ratio alterationis ꝛ per conſequens non eſt impoſſibile ꝙ elementa ſm ꝙ habent rationē locati ſint ſimilia ſuis locis et vt ſic nō patiantur ab eis. ſm autem ꝙ vnū elementorum contrariatur alteri qualitatibus ſuis qualitate ſic poteſt ab eo pati. ¶Alij ſunt qui alio modo reſpondent ad rationem ꝯmentatoris dicentes ꝙ non ſolū forme ſubſtanciales elementorum ſunt rationes locationis. ſed etiā qualitates acciitales. ſicut eni̅ qualitas elementi eſt ratio mouendi ita eſt ratio locandi. Ymaginantur eni̅ iſti ꝙ elementum locans ꝑtim conuenit cū elemento locato et partim differt. In quo conuenit cum eo habet rationem loci nec vnum elementū patitur ab alio inq̄ntum autē elemēta differunt in qualitate contraria ſic mutuo ſe alterant. ¶ Quereret aliquis ꝓpter dictū ꝯmētatoris. vtꝝ aqua poſſit calefieri. Dicendum eſt ſꝫm ꝯmentatorem aqua calefieri nō poteſt niſi per admixtionem corporum extraneoꝝ. cuius ratio eſt. q2 ſicut ſe habet ignis ad ſuam ꝓpriā paſſionem ita ſe habet aqua ad ſuā ſed ignis nō poteſt amittere ſuam ꝓpriam qualitatem. non eni̅ poteſt infrigidari ergo nec aqua pt̄ amittere ſuam ex quo ſequitur ꝙ non poſſit calefieri vt eſt in ſua puritate exiſtens. ſed ꝙ calefiat hoc eſt ꝑ admixtionem corpoꝝ extrinſecoꝝ puta corporum calidoꝝ. Dicit eni̅ ꝯmentator ꝙ animal nō ſentit calorem uel frigus in aere aut aqua niſi quādo cū eis admiſcentur corpora calida aut frigida. i. vapores calidi uel frigidi. ¶ Aer eni̅ et aqua ſine mixtione corpoꝝ talium modicū aut nichil alterant corpora noſtra et hoc ꝓpter ſimilitudinem ꝛ ꝯnaturalitatem quam habet locans cū locato. ¶ Aer enim et aqua habēt rationem loci. corpora autē noſtra habent rationem locati et quia modicum alterant ideo hec alteratio eſt inſenſibilis. ¶ Alij ſunt quibꝫ videt̄ ꝙ dc̄m̄ ꝯmentatoris ſit falſum ſcꝫ ꝙ aer et aqua alterari non poſſunt ſine admixtione corporis extranei. hoc autē pt̄ ſic ꝓbari. Sic generatio et corruptio eſt poſſibilis ꝛ alteratio eſt poſſibilis. ſed generatio et corruptio eſt poſſibilis in elemētis ergo et alteratio. maior pꝫ. nam ſe habet alteratio ſicut via ad generationē. generatio autē ſe habet ſicut terminꝰ reſpectu alterationis. ſi aūt via ſit poſſibilis ergo ꝛ terminꝰ et econuerſo. ¶ Alia via eſſet ocioſa q2 via eſt ocioſa quā nō poteſt ꝯſequi terminꝰ. Si terminꝰ vero ſit poſſibilis et via eſt poſſibilis quia ſi terminus poſſibilis eſt introduci pt̄. ſi autem introduci pt̄ modus introducendi nō eſt impoſſibilis. alias ſi eſſet impoſſibilis idem poſſet introduci et non introduci quod eſt impoſſibile. minor etiam patet. nam elementa ſunt generabilia et corruptibilia ſꝫm ꝓtem nec eſt ſimile vt dicebat commentator de igne et alijs elementis. Ignis eni̅ formabilior eſt omnibus alijs elementis et per conſequens maxime actiuus vnde omnia alia elementa ſunt materialia reſpectu ignis. hec autem actiuitas facit ꝙ ignis non poſſit infrigidari ſicut aqua calefieri ſꝫm eā ꝙ dicit commentator ꝙ nos ſentimus aerem et aquam ſine mixtione corporis extranei non videtur eſſe verum. cuius ratio eſt ſi ſupponamus duo fundamenta. Primum fundamētum est ꝙ omne quod est in potentia potest pati ab eo quod est in actu. Secundum fundamentū est ꝙ tangibiles qualitates que sunt in corporibus nostris comparantur ad qualitates elemētorum sicut potentia ad actum. ex quo sequitur per primum fundamentum ꝙ possunt ab eis pati. ꝙ autem qualitates que sunt in corporibus nostris comparantur ad qualitates elementorum sicut potentia ad actū patet. Nam qualitates in corporibus nostris sunt in quodam eē fracto et quodam esse medio. In elementis autem sunt sm̄ suas excellencias. medium autem est in potēcia respectu extremorum. ¶ Deinde cum dicit. Utrum ergo. querit philosophus utrum eodem modo fiat sensus tactus sicut alij sensus. ¶ Ad cuius euidenciam notandum est ꝙ hec questio hʒ argumenta ad utrāqʒ partem que ponuntur hic in littera. Argumentum pro una parte potest esse tale. Tactus enim ⁊ gustus fiunt tangendo. alij autē tres sensus non fiunt tangendo sed fiūt per medium quod longe sicut distare obiectum ergo tactus et gustus differenter fiunt ab alijs. Argumentum pro alia parte potest esse tale. Tactus ⁊ ꝑ consequēs gust9 fit per medium extrinsecum sicut et alij sensus licet in alijs sensibus obiectum senciatur a longe in tactu autem senciatur de prope ergo tactus similiter fit sicut alij sensus

Argumentū primū ponit in principio lr̄e. secūdū ibi. Hoc autē non. ¶ Quātū ad p̄mū argumentū dr̄ in lr̄a ꝙ cōsiderandū est utrū omniū sensibiliū similiter fiat sensus an diuersorū diuersimode. In principio enī videtur ꝙ gustus ⁊ tactus differenter fiant ab alijs. nam gustus ⁊ tactus senciunt in eo ꝙ tangunt. Alij autē tres sensus senciūt a longe. ¶ Deinde cum dicit. Hoc autē nō ponit secundum argumentū ad aliam partem dicens ꝙ hec nō est verū sed ꝙ gustus et tactus differūt ab alijs sensibus sicut dictum est sed magis videntur conuenire cum eis. Durum enī ⁊ molle et alias qualitates tangibiles sentimus ꝑ altera .i. ꝑ media extrinseca sicut et obiecta aliorum sensuū scilicet sonabile visibile et odorabile. uerum est tamen ꝙ hec tria sensibilia sunt longe a sensu. gustabilia autem et tangibilia senciuntur de prope propter quam propinquitatem medium est imperceptibile. propter enim paruitatem medij latet nos utrum senciamus per medium licet autem lateat nos tamē omnia sensibilia sentimus per medium extrinsecum. de sonabili enī visibili et odorabili non est dubium. Uerum est etiam in gustabili et tangibili licet hoc non videatur in eis que de prope senciuntur sicut enim diximus prius si per pellē sentiremus ignorarēt quoniam pellis prohibet ignorarēt eciā quoniā pellis est medium in tactu

[illegible]

Omnino autem videtur

[illegible]

[illegible]

viſum olfactū et auditū ſicut dicit phūs in lr̄a. Dicendū eſt q̄ eſt vt ſic et eſt vt nō. quodā enī modo eſt ſimile ⁊ quodāmō diſſimile. Quantū enī ad hoc eſt ſimile q̄ ſicut aer ⁊ aqua eſt mediū et nō organū ita caro in tactu eſt mediū ⁊ nō organū ſicut enī aer et aqua eſt mediū ꝑ ſe in viſu auditu ⁊ olfactu vt declaratū eſt ſupra ita caro eſt mediū ꝑ ſe in tactu. Intelligem⁹ enī q̄ in tactu eſt mediū ꝑ ſe et mediū ꝑ accidens. Mediū ꝑ ſe eſt caro. Voco autē mediū ꝑ ſe qd̄ eēnaliter ⁊ ꝑ ſe facit ad immutationē ſēſus. tale autē mediū ē caro. ſicut enī diaphanū neceſſario ↄcurrit ad immutationē viſus ita caro neceſſario ↄcurrit ad immutationē tact⁹. Mediū autē ꝑ accn̄s in tactu eſt aer vel aqua. tale enim mediū non requirit de neceſſitate nec iuvat ad ſenſum tactus ſed ꝓ tanto dicit mediū inquantum accidit corpa ſe tangentia eē humectata humiditate aquea vel aerea. ꝓpter hoc autē duplex mediū habere poſſum⁹ q̄ tactus immutatur a medio et cū medio. Si enī loquamur de primo medio tactus immutatur a medio ita q̄ a prepoſitio denotet cauſalitatē medij reſpectu tactus. Quantū ad ſecundū mediū ꝑ accn̄s immutat cū medio ita q̄ hec ꝓpoſitio cū denotet ſimultatē priuantē cauſalitatē medij ad ſenſum tactus. ſic ergo pꝫ in quo aſſimilātur hec media. In hoc autē ē diſſimilitudo quia caro eſt mediū intrinſecū et de ↄpoſitiōe aīalis. nō ſic autē aer ⁊ aqua. ¶ Deīn cū dt. Tangibiles quidē igit. determiat de organo tactus ⁊ tria facit q2 pmo oñdit que ſunt drīe tangibiles. ſecūdo ex hoc ↄcludit quid ē organū tactus ibi. Senſitiuū autē. tercio oñdit q̄ aliqualis ſimilitudo eſt inter tactū et alios ſēſus ibi. Et oꝫ eſſe. ¶ Quātū ad pmū dicit q̄ drīe tangibiles ſunt drīe corpis ſm q̄ corpus. hee enī drīe determināt .i. diſtinguūt elementa abinuicē. ſunt autē hee drīe calidū et frigidū humidū et ſiccū de quibꝫ dcm̄ eſt in hijs que de elementis .i. in libro de generacōe. Notandū eſt q̄ hee drīe dicūtur drīe corpis ſm q̄ corpus. cui⁹ racō eſt. q2 illud reſpiciat corpus ſm q̄ corp⁹ qd̄ reſpiciat oē corpus nullū autē reperitur corpus infra ſperā actiuoꝝ ⁊ paſſiuoꝝ qd̄ oino ſit denudatū a qualitatibꝫ tangibilibꝫ. licet enī corpus q̄ntū ſit denudatū a qualitatibꝫ tangibilibꝫ. nō tū corpa generabilia et alterabilia ab hijs qualitatib⁹ denudata ſunt. ¶ Deīn cū dt. Senſitiuū autē. Ex dictis ↄcludit quid eſt organū tact⁹ et pmo quidē hoc ↄcludit. ſecundo oñdit quale ē tangibile quod ꝑcipitur ſenſu tactus ibi. Vnde ſimiliter calidum. ¶ Ad euidenciā pmi notandū eſt q̄ intentio phi fundatur ſuꝑ duas veritates. Prima eſt q̄ tangere ſicut et omne ſentire eſt quoddam pati Ex hoc enim fit ſenſus quia organum ſenſus immutatur ⁊ patitur ab obiecto. Secūda veritas eſt ꝙ omne paſſum eſt tale in potentia quale ē agens in actu. Ex his aūt veritatibꝫ ↄcludit phūs quid eſt organum tactus. organū eñ tactus eſt tale in potētia quales ſunt dr̄ie tangibiles in actu. organū eñ tactus patiẽ dr̄ie autē tangibiles agūt. hoc viſo pꝫ lr̄a que dicit ꝙ ſenſitiuū ipſarū .i. qualitatū tangibiliū eſt qḋ ē tactiuū .i. organū tactus. hoc autē organū eſt illud in quo eſt p̄mꝰ ſenſus qui vocaẽ tactꝰ. ħ mōi autē ſenſitiuū eſt quedā ps corporis que eſt in potētia paſſiua ad hmōi qualitates tangibiles. ꝙ aūt ita ſit pꝫ qꝛ ſentire eſt quoddā pati. Ipm̄ aūt ſenſibile agit et facit ipm̄ ſenſum ſiue organū ſēſus tale quale ipm̄ eſt in actu Ex quo ſequiẽ ꝙ hmōi .i. ipm̄ tangibile eſt faciens ipm̄ ſenſitiuū .i. organū tactus tale quale ipm̄ eſt in actu cū hmōi organū priꝰ eēẽ in potētia vt alteraretẽ a tali tangibili.

¶ Deinde cū dicit. Unde ſimiliter calidū. oñdit quales ſunt qualitates tangibiles que pcipiūtur a ſenſu tactus. fundatur aūt intētio phi ſup duas veritates. Prima veritas eſt ꝙ oīe recipiens debet eē denudatū a natura recepti. cū ergo tactus recipiat qualitates tangibiles dū p eas actuaẽ ſequitur ꝙ tactus aliquo modo ſit denudatus a qualitatibus tangibilibꝫ et ſi aliquo mō eas habet oportet ꝙ eo mō eas nō recipiat quo eas habet Secūda veritas eſt ꝙ tactus habet qualitates tangibiles in quodam eſſe medio ꝓporcionato Denudatur autem ab eis vt ſunt in ſuo eſſe excellenti et extremo. ex quo enim ſequitur ꝙ tactus non ſentit qualitates vt ſunt ſibi ſimiles et vt habet eas ſed vt ſunt ſibi diſſimiles et vt nō habet eas. Tales autem qualitates ſunt in quadā excellencia. hoc eſt ergo quod dicit littera ꝙ nos nō ſentimus ſimiliter calidum et frigidum neqꝫ durum aut molle id eſt non ſentimus aliquas qualitates ſm̄ illum modum ſm̄ quem inſunt organo tactus ſed ſentimus excellenciam harum qualitatum. Tactus enim exiſtit in quadam medietate harum contrariarum qualitatum. et ideo poteſt ipſas diſcernere id eſt percipere vt ſunt in ſuo extremo eſſe. Medium enim eſt diſcretiuum extremorum et hoc qꝛ poteſt pati ab eis ſicut contrarium a contrario. Ipſum enim medium comparatum ad vtrumqꝫ extremū eſt alterum vltimorum ſicut tepidum comparatum ad frigidum eſt calidum. Comparatum autem ad calidum eſt frigidum ⁊ per conſequens contrariatur vtrobiqꝫ extremorum ſcilicet vltimorum. Notandū eſt ꝙ ſimile non patitur a ſimili ſed magis ↄtrariū a contrario cū ergo organū tactus patiatur a qualitatibus tangibilibus oportet eñ ꝙ aliqua contrarietas ſit inter qualitates tangibiles et organum tactus. hec aūt ɔtrarietas nō eſt ſicut extremi ad extremū ſed magis ſicut medij ad extremū. hec aūt q̄litates tangibiles vt ſunt in organo ſunt in quodā eē medio vt autē ſunt in obō ſunt in quodā eē extremo. ¶ Deīn cū dt ꝫ opꝫ eſſe. oñdit ꝙ quodāmō ſimile eſt de tactu et alijs ſenſibꝫ dicens ꝙ ſicut organū debens ſentire albū et nigrū opꝫ neqꝫ eſſe albū neqꝫ nigꝝ ſed neutrū ita ꝙ ſit vtrumqꝫ in potētia ꝫ neutrū in actu ſic opꝫ eſſe in alijs ſenſibꝫ. ſicut autē eſt in alijs ſenſibꝫ ſic eſt et in tactu. organū eīn tactꝰ nec calidū nec frigidū eſt ſed eſt vtrūqꝫ in potētia et neutꝝ in actu. ¶ Notandū eſt ꝙ organū tactus nō p̄t totaliter denudari a toto genere calidi ꝫ frigidi humidi et ſicci ſicut denudatur ꝫ organū viſus a toto genere albi ꝫ nigri. ſꝫ ipm̄ organū tactus dꝫ denudari a qualitatibꝫ tangibilibꝫ inq̄ntum eſt mediū inter ɔtraria. qđ quidem mediū eſt i potentia ad ipſa extrema. vt eīn dcm̄ eſt organū tactus ɔſiſtit in quadā medietate qualitatū tangibiliū. ex quo ſequit̄ ꝙ q̄nto animal hꝫ complexionē magis reductā ad mediū tanto habet meliorē tactū et ꝓpter hoc homo inter omnia aīalia eſt melioris tactus vt ſupra dꝫ. ¶ Deīn cū dicit. Amplius aūt. determinat de tactu q̄tū ad obm̄ dicens ꝙ ſicut viſus eſt. quodāmodo oppoſitorū ſcꝫ viſibilis ꝫ inuiſibilis et alij etiā ſenſus ſunt oppoſitorꝝ puta auditus ſoni et ſilencij et ſic de alijs ſenſibus. ita et tactus quodammodo oppoſitorum eſt. ¶ Eſt enim tactus tangibilis et intangibilis. Intangibile autem dicitur duobꝫ modi. aut eīn dicitur intangibile aliquid quod parum habet de differentia tangibilium id eſt de qualitate tangibili eo mō quo dicimus ꝙ aer eſt intangibilis. aut dicitur aliq̄d intangibile quod multū habet de q̄litate tangibili ita ꝙ excedit ſenſum et ipſum corrumpit ꝫ hoc modo dicimus ꝙ ignis eſt intangibilis quia qualitas ignis multū excedit ſenſum. Vltimo epilogat philoſophus dicens ꝙ figuraliter id ē ſuperficialiter et quaſi in quadam ſumma dictum eſt de ſenſibus ſm̄ vnumquenqꝫ ſenſū n. magis autē ꝑticulariter dicetur de eis in libro de ſenſu et ſenſato

Oportet autē uniuerſaliter

Poſtq̄ dictum eſt de ſenſibus ſm̄ vnumquemqꝫ ſenſum hic videndū eſt quid conuenit ſenſui in communi reſpectu ſenſibilium et diuiditur hec pars in quatuor partes. quia primo oſtenditur quid conuenit ſenſui in communi reſpectu ſenſibilium. ſecundo oſtenditur quid ſit organum ſenſus ibi. Deſitiuum autem primum. tercio declarat quaſdam veritates circa predeterminata ibi. Manifeſtum igitur ex hijs quarto mouet quedā dubitationem circa ꝑdicta ibi. Dubitabit aūt aliquis. ꝑmo ergo ꝑit quid eſt cōmune omni ſenſui dicens ꝙ vniūſalit hoc opꝫ accipe de oīni ſenſu qm̄ ſenſus oīnis eſt ſuſceptiuꝰ ſpēꝝ ſenſibilium ſine materia. ſicut eñ cera recipit ſignū anuli vel ſigilli ſine ferro et ſine auro. accipit eñ cera ſignū ſigilli nō inq̄ntum eſt aureū vel eneū ſimiliter ſenſus vniuſcuiuſqꝫ recipit formā ſine materia. patitur eñ ſenſus ab hñte colorem aut humorem .i. ſaporem ſed nō inq̄ntum vnūquodqꝫ illoꝝ dicitur ſed inq̄ntū hmōi et ſm rationē .i. nō patit recipiendo ab vnoquoqꝫ illoꝝ inq̄ntum tale viſus eñ non patitur a lapide colorato inq̄ntum lapis vt pꝫ ſuum eñ pati eſt ſuū recipe. viſus autem nō recipit colorem ſm illud eſſe qḋ habet in lapide ſed ſm rationem et formā qꝛ recipit colorē ſm eē formale et intentionale. q.d. phūs ſenſus patitur ab obiecto hec tñ paſſio nō largitur ſenſui ꝙ recipiat formam ſm ꝙ vnūquodqꝫ obiectorum dr̄ .i. ſm modū obiꝝ. ſed ſibi largitur ꝙ recipiat formā ſm rationē et ſm aliū modū q̄ꝫ habeat eē in obiecto.

¶ Quereret aliquis. Vtꝝ ſit verum qḋ dicat phūs ꝙ ſenſus eſt receptiuꝰ ſpecieꝝ ſine materia. Dicendū eſt ꝙ ſic. hanc eñ veritatem venari poſſumꝰ declarando duas veritates. prima veritas eſt ꝙ differētia eſt inter generationē omnino vniuocam et generationem omnino equiuocam et medij. Generatio omnino vniuoca eſt qñ genitū aſſimilat generanti in forma et eciā in modo forme. hoc eñ mō dicimꝰ ꝙ vniuocatio eſt inter ignē generantē et ignē genitū. vtrobiqꝫ eñ eſt forma ignis et ſub eodem mō eēndi. nam forma ignis eſt in generante materialiter realiter et eodē mō eſt i genito. Generatio autē omnino equiuoca eſt qñ genitū nullo mō aſſimilatur generanti in forma et diffinitione. hoc eñ modo dicimꝰ ꝙ quādo motus generat calorē ꝙ eſt generatio equiuoca qꝛ motus et calor nullo modo aſſimilantur in formalitate. Generatio autē media .i. ptim vniuoca et equiuoca eſt qñ generās aſſimilat genito in forma ſed nō in modo forme. Dicimꝰ eñ ꝙ archa in mente et archa in materia aſſimilantur in forma ſed nō in modo forme. nam forma arche ꝯſiſtit materialiter et in ipſo effectu. in ipa autē aīa exiſtit intentionaliter et in ꝯceptu ac veritate declarata pꝫ ꝓpoſitū. nam a colore exiſtente in ipſo obiecto generatur color in oculo vtrobiqꝫ autē videtur eſſe color ſed nō ſub eodem modo eſſendi quia color qui eſt in ipſo obiecto habet ibi eſſe reale et eſſe fixum. in oculo autem habet eſſe intentionale et diminutum. ex quo enim ſequitur ꝙ oculus ſiue viſus recipit colorem ſine materia id eſt ſine illo modo quem habet in materia et in obiecto. Ymaginabimur enim ꝙ omne receptū eſt in recipiente p modum recipientis. ex quo ſequitur ꝙ color eſt in obiecto p modū obiecti et ſenſu p modū ſenſus. ex hoc voluit dicere phūs qn̄ dixit ꝙ ſenſus eſt ſuſceptiuꝰ ſpecieꝝ ſine materia .i. ſenſus recipit ſpecies p modū ſui ꝛ nō p modū obiecti ſiue materie. ad hoc eīn facit exemplum phi. Cera eīn recipit figuram p modū ſui et non ſm illū modū ſm quē eſt in ſigillo. In ſigillo eīn hec figura eſt aurea vel enea. non ſic autē in cera Eodem modo color in obiecto ē realis non ſic autē in ſenſu. Unde ſicut ꝓprie dcm̄ eſt ꝙ cera recipit ſigillū nō inq̄ꝫtum aureū vel eneum ita ꝓprie dcm̄ eſt ꝙ ſenſus recipit colorem nō inq̄ꝫtum eſt talis vel talis materie. De hac duplici formarum dicit ↄmentator ſic ꝙ receptō formaꝝ ſenſibilium ab vnoquoqꝫ ſenſu ē abſtracta a materia. ſi eīn reciperet eas cū materia ꝛ ſic idē eē haberet in anima ꝛ extra animam quod ē impoſſibile quia hee forme ſunt intentiones et ↄprehenſiones et extra animā nō ſunt intentiones neqꝫ ↄp̄henſiones ſed res materiales. Secunda via declaranda ē ꝙ aliquid eſt ↄmune omni agenti et in aliquo dr̄n̄t agentia. ↄmune omni agenti eſt ꝙ agens largitur paſſo formā et nō materiā. patiēs eīn hoc recipit ab agente ſm qd̄ agens eſt agens. agens autē eſt agens ꝑ formam et nō ſm materiā et iō paciens ab agente recipit formam et nō materiam quia materia ꝓſupponitur actioni et quantū ad hoc qd̄ cōmune omni agenti ſcꝫ ꝙ largit formam et non materiā poteſt dici ꝙ eſſe paciens recipit formam ſine materia ꝛ ꝙ hoc nō ſolum verificatur in ſenſu patitur ab obiecto. licet autē agentia ſic ↄueniāt tn̄ inveniūtur differre in alio. Quedā eīn ſunt agencia que introducunt formam in paſſo aſſimilādo ſibi materiam paſſi eo modo quo dicimꝰ ꝙ ignis generatus introducit formam in paſſo aſſimilando ſibi materiam paſſi. forma eīn eiuſdem racōnis requirit materiam eiuſdem rationis ſi ergo forma ignis eiuſdem rationis et eiuſdem modi eſt in generāte et in genito oportet ꝙ materia ſit eiuſdem modi et eiuſdem rationis ita ꝙ materia eodem modo diſponatur in generante et genito et in talibus agentibus et pacientibꝰ dici poteſt ꝙ paciens nō recipit formam ſine materia .i. nō recipit formam ſine illa diſpoſitione materie que eſt in agente. Alia ſunt agencia que introducunt formam nō aſſimilando ſibi materiam et talia agencia ſunt obiecta ſenſuum. color eīn introducit formam coloris in aerem et tamen nō eſt ibi aſſimilatio in materia. nam materia coloris in obiecto habet eſſe terminatū materia autē coloris in aere nō habet eſſe terminatū et in talibus p̄t dici ꝙ paciens recipit formam generātis ſine materia id eſt ſine illa diſpoſitione materie que eſt in generante. Notandū eſt ſup illo verbo. Senſus patitur ab habente colorem aut ſaporem nō inq̄ntū vnūqd̄qȝ illoꝝ ſed inq̄ntum huiꝰ ꝫ ſm rationē. qꝛ ſm quoſdam ꝯtrarium agit ſed in ſenſibilibus ſola forma agit et ideo dicit phūs ꝙ viſus patitur a colore inq̄ntum hmōi ꝫ ſm rationē. Notandū eſt ꝙ phūs in dictis ſuis facit mentionē de duplici forma ſcȝ reali et intencionali. Inter has autē duas formas videtur eſſe triplex dr̄ña. Prima dr̄a eſt qꝛ p̄ma hȝ eſſe firmum et ideo poteſt habere eē in abſencia generantis vel corrupto generante eo modo quo dicimus ꝙ ignis genitus habet eē etiā corrupto generante. ſecūda forma habet eſſe debile et diminutum ꝓpter quā diminutionē tales forme ꝯtinuantur generantibȝ ita ꝙ nō hñt eſſe in abſencia ipſorum. Hoc enī modo dicimus ꝙ lumen in aere nō hȝ eſſe in abſencia ſolis generantis. Hoc etiam modo dicimꝰ ꝙ ſpēs coloris in aere nō hȝ eſſe in abſencia coloris generātis et ꝓpter iſtā ꝯtinuationē formaꝝ intencionaliū ad generancia dicūt quidam ꝙ forme intentionales hñt eē in fieri qđ verum ita ſit alibi poterit patere. Secūda dr̄a ē inter has duas formas ꝙ numerus formaꝝ realium accipitur a ſubiecto. due enī albedines reales requirunt duo ſubiecta qꝛ impoſſibile eſt duas albedines reales eē in eodem ſubiecto. numerus autē formaꝝ intencionaliū accipitur penes originē ꝫ nō penes ſubm̄. duo enī lumina eiuſdē rationis p̄nt eſſe in eodem puncto aeris quod eſſȝ impoſſibile ſi duo lumina requirerent duo ſubiecta. relinquitur ergo ꝙ duo lumina numerant penes originem .i. penes generancia. Tercia dr̄ña p̄t dari int̄ has formas. In primis enī formis eſt ꝓprie ꝯtrarietas et ideo due tales forme ꝯtrarie nō p̄nt eſſe in eodem. Idem enī ſubm̄ nō p̄t eſſe albū et nigrum albedine ꝫ nigredine reali. In ſecūdis autē formis que ſunt intencionales nō ē proprie ꝯtrarietas quod patet. ſi enī in talibȝ formis poſſet eſſe ꝯtrarietas. due ſpecies duoꝝ ꝯtrarioꝝ non poſſent eē in eodem quod tñ falſum eſt quia ſpecies albi et nigri p̄nt eſſe in eodem puncto aeris et hec eſt ſentēcia ꝯmētatoris ſexto methaphiſice vbi vult ꝙ ens in anima eſt ens intencionale ꝫ diminutū ꝓpter quā diminutionē nō eſt in eo ꝯtrarietas.

¶ Deinde cum dicit. Senſitiuū aūt. Oſtendit quid eſt organū ſenſus dicens ꝙ ſenſitiuū primū .i. organū in quo primo fundat ſenſus eſt id in quo eſt potencia ſenſitiua que ſcȝ potencia eſt ſuſceptiua ſpecieꝝ ſine materia. hic autē ſenſus idem ē cū organo ſubiecto. eſſe autē alterꝝ eſt .i. ratione et eſſe diffinitiuo differt ab eo. ꝙ autē organū et ſenſus differunt ratione p̄ȝ. qꝛ organū ē quedam magnitudo que ſenſum patit̄

.i. que recipit ſēſum ſicut materia recipit formā nō tū eē ſenſitiuo .i. rō et eē diffinitiuū ſēſus eſt eadē q̄ rō organi q2 ſēſus ⁊ magnitudo ſiue organū in quo recipit ſēſus nō ſunt idē ſed ſēſus eſt quedā rō ⁊ quedā potētia illi⁹ ſcꝫ organi ⁊ magnitudinis. Notandū eſt ꝙ ſicut forma nō eſt materia ſed magis eſt rō materie ita potētia ſenſitiua nō eſt organum ſed magis eſt ratio organi ⁊ hoc q2 potentia eſt ſicut forma reſpectu organi. vt cū dcm̄ eſt ſupra ſicut ſe hꝫ tota aīa ad totū animal ita ſe hꝫ ps potencialis aīe ad ptē organicam ita ꝙ ps potēcialis ſit q̄ſi forma ptis organice ſicut tota aīma eſt forma totius animalis. Notandū eſt ꝙ oīs ſēſus primo ⁊ immediate fundať in organo tanq̄ in ſubiecto et ideo dixit phūs in lr̄a ꝙ ſēſus ſubiecto eſt idem cū organo. licet ſit aliud ratione ac ſi dicat et ſi ptes anime que determināt ſibi organū radicentur in eſſentia aīe tū ſunt in organo ſicut in ſubiecto ⁊ ideo ſunt idem ſubiecto cū organo

¶ Deinde cū dicit. Manifeſtū eſt. determinat quaſdā veritates circa p̄dicta et diuiditur in duas ptes ſ̄m duas veritates quas determinat. ſecunda ibi. ⁊ ꝓpter quid plante. Primo ergo determinat primā veritatē et eſt hec veritas. ꝙ excellens ſenſibile corrumpit ſēſum ⁊ hoc eſt qđ dicit. ꝙ ex hījs p̄t eſſe manifeſtum ꝓpter quid excellencie ſenſibilium corrumpunt ſenſus .i. organa ſenſuum. In organis eīm ſenſuum ad hoc ꝙ aliquid ſenciatur oportet eſſe q̄ndā rationē .i. ꝓportionē vt dcm̄ eſt ſi ergo motus ſenſibilis ſit fortior q̄ꝫ organū natū ſit pati ſoluitur ꝓportio et corrumpitur ſēſus qui conſiſtit in quadā ꝓportione. ſicut cū aliquis fortiter paciſſerit cordas ſoluitur ſimphonia et tonus que in quadā ꝓportione ꝯſiſtit. Notandū ē ꝙ ſēſum corrūpi ab excellenti ſenſibili p̄t intelligi tribꝫ modis. Primo q̄dem nō q̄ntū ad iudiciū. ꝓpter eīm impꝓportionē excellentis ſēſibilis ad ſēſum ſēſus nr̄ nō p̄t bn̄ iudicare de ipo excellenti ſēſibili. Secūdo modo p̄t intelligi ꝙ īmutatio facta ab excellenti ſēſibili īpedit immutatiões alioꝝ ſenſibiliū. Fortis eīm impſſio quā facit lux ſolis in oculis impedit ad minus ad tempus ne percipiamus alia viſibilia a luce ſolis imo ſi contingat nō ꝯuertere oculum a luce ſolis ad alia viſibilia quicquid tunc cernimus cernimus ſub alio colore q̄ꝫ ſit color propri⁹ puta ſub viridi colore vel aliquo hmōi. Tercio modo poteſt hoc intelligi. q2 excellens ſenſibile omnino corrumpit armoniam et ꝓportionem que neceſſario requiritur ad ſenſum et tunc omnino dicitur corrumpe ipſum ſēſum ita ꝙ p ipm̄ nichil oīno ſenciam⁹. ¶ Deīn cū dicit. Et ꝓpter quid plante. determinat ſcḋā veritatem dicens ꝙ ex dictis eciam poteſt eſſe manifeſtū. ꝙ licet plante habeant quandā ptem anime ſcꝫ vegetatiuã tñ nõ sentiũt. licet enim plante patiantur aliquid a qualitatib; tangibilib; tñ ipsas qualitates nõ sentiũt. huius autẽ ratio est qr sensus ɔsistit in quadam medietate quã medietatem nõ hñt plante nec etiam hñt principiũ sensitiuũ de cui⁹ ratiõe est vt iã dictũ est q recipiat species sine materia. sed oĩe pati plantarũ est cũ materia ⁊ mõ materiali. Notandũ est q duplex ratio p̄t reddi. quare plante nõ sentiũt. Prima ratio est qr licet plante calefiant et frigefiant tñ calidũ et frigidũ nõ agũt in eis actionem forme et speciei sed magis actionẽ materie. sensus autẽ requirit actionẽ forme et speciei ita q possumus sic arguere. sentire est quedã passio illata ab agente qd agit actionẽ forme et speciei. sed talis passio nõ p̄t esse in planta ergo nõ p̄t esse ibi sentire ⁊ p ɔñs nec sensus qr frustra esset potentia que nõ posset habere actũ. ¶ Ad euidentiã huius rationis notãdũ est q licet oĩe agẽs agat p formã tñ aliqñ dicit agere mõ materiali. qñ sʒ inducit formã materialem que nõ est intentio nec ɔp̄hensio et ex tali actione nũq̄ infert passio que est sensus ¶ Aliqñ autẽ agens dr agere mõ speciei et forme qñ sʒ nõ introducit formam materialem. sed formã que intentio et ɔprehensio et talis actio infert passionem que est sensus tñ plante nõ sunt apte nate suscipe pp̄ter sui terrestreitatem passionẽ que infertur tali actione. Secunda ratio ad p̄bandũ q plante nõ possunt habere sensum potest esse talis. tactus est fundamentũ omniũ sensuũ sed tactus nõ p̄t esse in plãtis ergo nec aliquis alius sensus p̄t ibi eẽ ɔña p; quia nullus sensus p̄t esse sine sensu fundamentali. licet eñ nõ sequatur q vbi est tact⁹ ibi sint alij sensus quia multa animalia imp̄fecta habẽt tactum ⁊ tñ nõ habent alios sensus tñ bene sequitur si impossibile est tactum esse in aliquo q impossibile est ibi esse aliquos sensus. destructio ɔñtis sʒ q tactus nõ p̄t esse in plantis p; sic quia tactus cõsistit in quadã medietate et p̄portione tangibiliũ sed plante pp̄ter sui terrestreitatem ñ sunt reducte vel sublimate ad hanc medietatem vel proportionem ergo non habent tactum. ¶ Deinde cum dicit. Dubitabit autem aliquis. mouet quãdam dubitatione que habet ortum ex p̄cedentibus. Dictum est enim in p̄cedentibus q plante que nõ habent sensum patiuntur a qualitatib; tãgibilib; et ideo ph̄us mouet quãdã dubitationem. Utrum illa que nõ habent sensum ita possint pati ab alijs qualitatibus sensibilibus puta a colore sono et odore sicut patiuntur a qualitatibus tangibilibus et primo quidem mouet questionem. secundo obicit ad vnam partem ibi Si autem olfactibile. tercio determinat veritatem illius questionis ibi. Igitur ne ⁊c. quarto soluit quoddã argumentũ factũ ꝯtra veritatẽ ꝗſtionis ibi. ¶ Quid igit̃ eſt odorare. ꝑmo ergo mouet dubitationẽ dicẽs. Dubitabit aliquis. Vtrũ id qđ impoſſibile ẽ hr̃e olfactũ poſſit pati ab odore ⁊ vtrũ id qđ impoſſibile eſt hr̃e viſum poſſit pati a colore ⁊ ſimiliter põt queri de alijs ſenſibus puta in auditu. Vtrũ ſcʒ ꝙ impoſſibile eſt hr̃e auditũ poſſit pati a ſono ſicut ſuple qđ impoſſibile ẽ hr̃e tactũ poſſit pati a qualitatibꝫ tangibilibꝫ vt dictũ eſt de planta ꝙ patitur a calido ⁊ frigido. ¶ Deinde cũ dicit. Si autẽ olfactibile. obicit ad vnã ꝑtem queſtionis ⁊ ꝑmo ꝑ ratõnẽ. ſcḋo ꝑ exemplũ ibi. Similit̃ autẽ manifeſtũ. tertio oñdit ꝙ non eſt ſimile de qualitatibꝫ tangibilibꝫ ⁊ alijs qualitatibꝫ ibi. Sed tangibilia.

¶ Ad euidentiã ꝑmi notandũ eſt ꝙ phũs vult ꝓbare ꝙ omne quod patitur ab odore hꝫ olfactũ et impoſſibile eſt nõ hñs olfactũ pati ab odore ⁊ eodẽ mõ impoſſibile eſt pati a colore vel ſono nõ hñs viſum vel auditũ ⁊ põt eſſe ratio ſua talis Actio odoris eſt mouẽ olfactũ ergo vbi nõ eſt olfactus ibi non eſt actio odoris ꝯña pꝫ. Nam ſi deficiat ꝓpriũ poſſibile deficit ꝓpria actio. quia actus actiuorum ſunt in paciente diſpoſito. Preterea. Actio ⁊ poſſibile ꝓporcionãtur ergo ſi poſſibile ſuſceptiuũ actionis ſit impoſſibile et actio erit impoſſibile. Cũ ergo olfactus ſit ꝓpriũ poſſibile reſpectu actionis que eſt ab odore ſequit̃ ꝙ idẽ poſſibile eſt quod recipiat actionem odoris. ꝑ idẽ argumẽtũ poſſet ꝓbari ꝙ color ⁊ ſon⁹ nõ pñt agere i ea que nõ hñt viſum ⁊ auditũ. ¶ Alio mõ põt dedua ratio ſic. Odorare eſt propria paſſio illata ab odore ergo vbi nõ eſt odor ibi nõ eſt actio odoris. quia ꝓpria actio nõ põt eſſe ſine ꝓpria paſſione cũ paſſio ſit effectus illationis actionis. cũ ergo in nõ habẽtibꝫ olfactũ nõ poſſit eſſe iſta paſſio que eſt odorare ſequit̃ ꝙ circa ea nõ poteſt eſſe actio odoris. hijs viſis pꝫ lr̃a q̄ dicit ꝙ odor eſt olfactibile .i. odor eſt aliquid cui⁹ eſt mouẽ olfactũ. ſi eñ aliquid olfactũ .i. inferat paſſionẽ que eſt olfacere ⁊ odorare illud eſt odor quare ſuple ſi de ratõne odoris ẽ ꝙ moueat olfactũ ⁊ olfactus ꝙ moueat ſequit̃ ꝙ nichil impoſſibiliũ hr̃e olfactũ põt pati ab odore. Et ſicut dcm̃ eſt de odore ita dcm̃ eſt de alijs ſenſibus viſus et auditus. Non eñ quorumcũqꝫ poſſibiliũ contingentiũ eſt pati ab hijs ſenſibꝫ. ſed patitur ab hijs ſenſibilibus vnumquodqꝫ ſenſitiuum id eſt ab hijs ſenſibilibus ſolum patitur id quod habet ſenſum.

¶ Deinde cũ dicit. Similiter autẽ manifeſtum manifeſtat ꝑ exemplũ qđ dixit ⁊ ꝑmo quidẽ ponit ipm̃ exẽplũ. ſcḋo remouet qđdã dubiũ ibi. Sꝫ in quibus. ¶ Quantũ ad ꝑmũ dꝫ qđ iã dcm̃ ẽ ſcʒ ꝙ odor nõ agit niſi in ſenſum. ſimiliter manifeſtũ eſt ſic .i. ꝑ experimentũ ſequens. neqꝫ eñ lumẽ neqꝫ tenebra neqꝫ ſon⁹ neqꝫ odor nichil agūt in corpa nō hñtia sensus .i. nullum effectum faciūt nisi in sensum quē quidē effectū nō pñt facere i corpa que nō hñt sensum .q.d. phūs. Talia nō agūt nisi in ꝯsum cū ergo corpa inaiata nō habeāt sensum videt̃ ꝙ nichil agant in ea

¶ Deīn cū dt. Sed in quibꝫ .removet quoddā dubiū. dcm̄ est enī ꝙ coloꝛ ⁊ sonus ⁊ odoꝛ nō agūt in corpa nō hñtia ꝯsus. Cōtra hoc videt̃ eē ꝙ tonitruū scindit lignū. tonitruū aūt est quidā son⁹. Ad hoc respondet phūs dicēs. ꝙ nō agit ꝑ se sed ratiōe subiecti in quo est. qñ enī tonitruū scindit lignū non agit ad scissuram ligni simplex ꝑ ratiōe soni sed potius aer ꝑ motū ꝑ quem mouetur. et hoc est qđ dt l̃ra scꝫ ꝙ talia nō agūt sed potius subiecta in quibus est sonus sicut aer ꝑ motū qñ est tonitruū scindit lignū. lignū enī nō patitur ꝑ se a sono sed magis ab aere moto. Et notandū est ꝙ ꝑ eandē cām multū sonantia scindūt turres et muros qꝛ aer ꝯtinuus vsqꝫ ad auditū mouet̃ qñ defert̃ sonū. Motus autē cū est in muris ꝯmouet eos

¶ Deinde cū dt. Sed tangibilia. ondit ꝙ nō est simile de qualitatibꝫ tangibilibꝫ et aliis qualitatibꝫ. Dictū est enī ꝙ sonus color et odoꝛ nō agūt in corpa nō hñtia sensum. nō sic autē est de tangibilibꝫ qꝛ tangibilia .i. qualitates tāgibiles ⁊ humores .i. sapores faciūt scꝫ effectū in insensibilibꝫ. si enī tales qualitates nō agūt in talia corpora nō erit dare a quo patiātur inanimata et alterentur. Notandū ē ꝙ qualitates ꝑme elemētorꝫ sunt actiue et passiue ſm̄ q̃s accidit vniuersaliter alteratio in rebꝫ ⁊ ideo si corpa que alterant̃ nō patiātur ab hiis qualitatibꝫ nō erit dare a quibus patiantur qꝛ deficiet actio illi⁹ a quo videtur eē vniuersaliter alteratio. Notandū est etiā ꝙ qñ phūs dicit ꝙ sapores faciūt effectū i corpora nō habentia sensum nō est intelligendū de saporibꝫ inquātum sapores sed inquātū gustabile est quoddam tangibile et gustus est quidā tactus

¶ Deinde cū dicit. Igitur ne. Soluit questionē et primo eā repetit dicens ¶ Igit̃ ne et illa scꝫ sonus odor et coloꝛ faciūt .i. agūt in corpora inanimata que nō habent sicut agūt qualitates sensibiles secūdo soluit eam dicens ꝙ nō om̄e corpus est passiuū ab odore et sono qꝛ que sunt patientia ab odore et sono sunt interminata et non manēt. vt aer. ꝙ autem aer patiatur patet fetet enim sicut patiens aliquid ab odore. Est ergo ratio philosophi in hoc ꝙ ꝓpriū actiuum requirit proprium passiuum. non omne autem passiuum est proporcionatum actioni odoris coloris vel soni Talia enī quia modicum habent de actiuitate non sunt apta nata agere in quecūqꝫ corpora sed solum in illa que sunt valde passiua sicut est aer vel aqua.

¶ Deinde cum dicit. Quid igitur est. soluit argumētū. videbatur em̄ ſic argui· quicquid patit᷑ ab odore odorat ⁊ per ꝯñs h; olfactū ergo ad deſtructionē ꝯñtis qđ nō h; olfactū nō patit᷑ ab odore· ¶ Ad hoc argumentū rñdet phūs dicēs q̄ nō om̄e pati ab odore eſt odorare· ſed odorare plus requirit q̄ pati ab odore·

op; em̄ q̄ odorans ita patiat᷑ ab odore q̄ ſit ſentiens odorem ⁊ non ſit ſenſibilis p eū ⁊ hoc eſt qđ dicit lr̄a quid igit᷑ eſt odorare p̄ter pati aliquid· q· d· eſt ne aliquid odorare p̄ter paſſionem factā ab odore· Deīn dr̄ rñdet dicens aut odorare ſentire eſt· i· odorare cū paſſione dicit ſenſum odoris et ideo licet aer patiat᷑ ab odore tamen nō odorat· quia aer patiens nō ſic patitur vt ſit ſenciēs ſed magis vt ſit ſenſibilis· i· medium in ſenſu· ¶ Quereret aliquis Vtrum aer patiatur ab odore ⁊ colore· videtur q̄ ſic· q; vbi eſt tranſmutatio formalis ibi eſt aliqua actio· ſed ex hoc q̄ aer recipit ſpēc odoris et coloris eſt tranſmutatio formalis quia ibi eſt alteratio ergo ⁊c· ¶ Ad oppoſitū ſenſibile inq̄ntū ſenſibile dr̄ correlatiue ad ſēſum ergo quod non habet ſēſum non poteſt pati a ſenſibili quod eſt color odor aut ſonus aer eſt hmōdi ergo ⁊c·

¶ Ad ſolutionē huiꝰ queſtionis eſt opus duplici diſtinctione· Prima eſt q̄ agere aliquid eſt duobus modis vel actione materie ⁊ ſubiecti ⁊ hoc modo conceſſit phūs q̄ hec poſſunt agere· ſonus em̄ non ex ratione ſui ſed ratione materie et ſubiecti in quo eſt ſcʒ cetis ſcindit lignū ¶ Alio modo aliquid agit ratione forme· ⁊ hoc modo eſt queſtio· vtrum color odor ⁊ ſonus poſſint agere in corpora que non habent ſenſum ſicut eſt aer· vbi eſt ponenda ſecunda diſtinctio ⁊ eſt talis q̄ pati ab odore ſono et colore eſt duobꝰ modis· primo mō vt ſit ab eo quod largitur ſenſationē ita q̄ ipā paſſio vel ſit ipā ſenſatio vel ad paſſionem ſequat᷑ ſenſatio ⁊ hoc mō nichil patitur ab iſtis niſi qđ h; ſenſum q; ſenſatio nō ē niſi in ſenſu· ¶ Alio mō aliquid p̄t pati ab iſtis ſicut deferens intentionē ſenſibilē in cuius virtute ſit ipſa ſenſatio et hoc modo patiuntur corpora indeterminata ſicut aer· In talibus em̄ corporibus ſunt intentiones ſenſibiles non ſicut forme pmanentes ſed ſunt in eis quia per talia corpora deferuntur ad ſenſus· et ideo vbi vna lr̄a habet q̄ ipſe aer feret alia lr̄a habet q̄ ipſe aer feret ſcʒ intentionē ſenſibilem ad ſenſum· In littera dicitur q̄ ipſe ſenſus odorans patitur ſicut ſenciens· aer autem patitur ſicut ſenſibilis· i· ſicut medium p quod ſit ſenſus· hoc viſo patent argumenta vtriuſqʒ partis ¶ Ad primum poteſt dici q̄ ibi non eſt vera alteratio quia enim generatio intencionis in medio non facit veram alterationem cum non ſit ipſa res percepta ſed potius rei percepte ſimilitudo· ſimilitudo autem non tranſmutat ad ſimpliciter·

ſed ſolū ſm̄ quid ¶ Ad ſecundum p̄t dici ꝙ ſenſibile d̾r duobꝫ modis vel ſenſibile impropriū ſenſibile ⁊ ſic n̄ agit niſi ſ̾ſum q2 ſm̄ hoc d̾r correlatiue ad ſ̾ſum. alio mō d̾r ſ̾ſibile id qđ eſt ſ̾ſibile ⁊ ſic ſ̾ſibile poteſt agere in aliud q̄ꝫ in ſ̾ſum ¶ Alio mō p̄t dici ad argumentū ꝙ ſenſibile agens in ſ̾ſum agit ꝑ mediū et ideo quia mediū ↄcurrit ad talem actionē nō eſt reputandū diuerſa actio qua agit in mediū et in ſenſum q2 agendo in mediū agit in ſenſum q2 medium motum mouet ſenſum.

¶ Secundo quereret aliquis. vtꝝ odorare ſit pati ab odore videtur ꝙ ſic. q2 ſicut ſe habet ſentire ad ſenſibile ita ſe habet odorare ad odorē ſed ſentire eſt pati a ſenſibili cum ſentire ſit paſſio facta ⁊ nō niſi que facta eſt a ſenſibili ergo et odorare eſt paſſio facta ab odore. ¶ Ad oppoſitum eſt. quia ſi odorare eſt pati ab odore ſequitur ꝙ aer odorat cum patiatur ab odore ⁊ ſuper hac ratione fundatur dictū philoſophi. ¶ Ad hanc queſtionem aliter reſpondent illi qui dicunt ꝙ ſentire non eſt pura paſſio. aliter illi qui dicunt ꝙ ſentire eſt purum pati. P̄mi enim dicerent ꝙ odorare nō eſt ſimpliciter pati ab odore. ſed potius odorare eſt ſentire et iudicare odorem et non tantum eſt pati ſed etiam operari aliquid et pro hac opinione videtur eſſe philoſophus in lr̄a quando dicit ꝙ odorare eſt aliquid preter pati alias odorari non eſſet ſentire quaſi diceret ph̄us ſola paſſio non ſufficit ad ſenſationem quia ibi aliquid eſt preter ipſam informationis receptionem que eſt ipſa paſſio. ¶ Alij autem de alia opinione dicerent ꝙ odorare eſt paſſio facta ab odore in quocunqꝫ paſſo ſed in paſſo proprio quale eſt potentia odoratiua. ſi enim omnis paſſio facta ab odore in quocunqꝫ paſſo eēt odorare tunc ſequeretur ꝙ aer odoraret q2 ibi eſt paſſio facta ab odore. ſed quia odorare eſt paſſio facta ab odore in potentia odoratiua. ideo aer non odorat quia non habet potentiam odoratiuam. Et ſm̄ iſtam opinionem patet lr̄a philoſophi q2 non vult dicere ꝙ preter paſſionē ſit ibi actio ita ꝙ ſentire ſit agere ſed vult dicere ꝙ odorare non eſt paſſio ſimpliciter. ſed eſt paſſio in potentia ſenſitiua et qua ſit quis ſentiens. his viſis patet ad argumenta quia quando dicitur ꝙ ſentire eſt pati a ſenſibili dicit prima opinio ꝙ non eſt tantum pati. alia enī opinio dicit ꝙ non omnis paſſio eſt ſentire. ſed ſentire eſt paſſio facta a ſenſibili in proprio paſſo ſcilicet in potentia ſenſitiua. ¶ Ad aliud argumentum diceret prima opinio ꝙ ideo aer non ſentit quia non habet actionem que concurrit ad ſentire. alia opinio dicit ꝙ ideo aer non ſentit quia non habet potentiam ſenſitiuam cuius eſt recipere propriam paſſionem

Quod aūt nō ſit ſenſus alius

Quoniam autē aliud ē magnitudo Hic ſignat quintū qd̄ deb3 declarari circa intellectū poſſibilem. Oſtenſum eſt eīm p̄mo ꝙ intellectus noſter eſt poſſibilis. ſecundo oſtenſum eſt ꝙ eſt immixtus. tercio ꝙ nō eſt vna natura. quarto ꝙ eſt locus ſpecieꝝ. quinto hic d3 oñdi ꝙ intellectus eſt potentia diſcernens inter obm̄ ꝓpriū et obiectum aliaꝝ potentiaꝝ inferioꝝ. ¶ Ad euidenciam huius ſentētie phi notandū eſt ꝙ tota ſentētia phi fūdatur ſup veritatē quatuor ꝓpoſitionum.

¶ Prima veritas q2 i omni re habente materiā differt eē et pricipās ipſum eſſe .i. differt quiditas et indiuiduū pricipans ipſam quiditatē vocatur eīm hic eſſe quiditatiuū pricipans autē eē vocatur ipm indiuiduū. Ratio autē quare in rebus materialib3 differt quiditas ⁊ cuius ē quiditas ſiue quiditas et pricipans quiditatē eſt q2 in habentib3 materiā multa indiuidua pñt eē pricipācia quiditatē. In oi eīm re hñte materiā ē quiditas ⁊ aliquid additū quiditati qd̄ quidē additū facit ꝙ poſſit multiplicari ipſa quiditas. eo mō quo dicimus ꝙ albedo de ſe vna eſt formalitas. alba aūt ſunt multa ſed ipm albū dicit quid cōpoſitū ex quiditate albedis ⁊ aliquo addito quiditati ad cuius additi multiplicationem multiplicatur albedo. Dicimus eīm ꝙ humanitas eſt vna formalitas que poteſt recipi in multis ſuppoſitis que ſuppoſita pricipancia quiditatē multiplicantur ſm diuiſionem in materie ad quoꝝ multiplicationē multiplicatur quiditas ⁊

q: inſe ta tale quiditatē pñt reperiri multa ꝑticipancia id eſt illa quiditas dr̄t a quolibet ꝑticipanciū. Si eīm quiditas .i. ipſa humanitas nō dr̄t ab hoc ꝑticipante puta a ſorte nō poſſet ꝑticipari niſi a ſorte cuius contrarium ſupponimus. Suppoſuimus enim ꝙ poteſt ꝑticipari a multis differt ergo ꝛc. Et eadem ratione qua ꝓbatum eſt ꝙ quiditas differt ab hoc ꝑticipante poteſt probari ꝙ differt a quolibet alio participante. ¶ Alia ratione poteſt probari ꝙ differt quiditas et cuius ē quiditas in habentibus materiam. Fit autem ad hoc ratio talis. quiditas dicit ipſam formalitatem habens ſic ut participans ipſam quiditatem dicit etiam aliquid additum ipſi q̄ditati. ꝑticipans autem ipſam quiditatem dicit totum. quiditas autem dicit ptē. ſicut ergo differt ps et totū ita differt quiditas ꝛ hñs quiditatē. ¶ Et hec eſt ratio quare phūs poſuit ꝙ in ſubſtancijs ſeparatis non differt quiditas et cuius eſt quiditas q: ſm eum ſubſtancie ſeparate ſunt pure forme. pura autē forma eſt pura quiditas pura autē quiditas nō eſt niſi ipſa quiditas ꝛ ipſa forma nō eſt niſi dare aliquid additū quiditati ꝛ forme. Si eīm ibi aliquid eſſet additū quiditati ꝛ forme nō eēt ſola forma ꝛ quiditas ſꝫ eēt quiditas ꝛ aliquid aliud additum cuiꝰ ɔtrariū ſuppoſuimꝰ. Utrū aūt ſubē ſeꝑate ſunt pure forme vel hñt aliquid additum pure forme preter qd̄ additū pñt multiplicari ita ꝙ in ſm vnā ſpeciem ſubāꝝ ſeparatarum poſſent eſſe multa ſuppoſita ſatis diximus in declaracionibus ſuper vij. methaphiſice. Secunda ꝓpoſitio et ſecūda veritas eſt ꝙ cū in rebꝫ materialibꝫ que ɔcernūt materiā dr̄at quiditas ꝛ cuiꝰ eſt quiditas ſiue ꝑticipans quiditatē oīꝫ ꝙ hoc verificetur tā in rebꝫ naturalibꝫ ꝙ̄ in rebꝫ mathematicis ꝛ hoc q: vtrumqꝫ eoꝝ ɔcernūt materiā. Res eīm naturales ɔcernūt materiā ſenſibilē. ꝓpter quā ɔcernenciā vt iam dcm̄ eſt differt quiditas in eis ꝛ cuiꝰ ē quiditas. Res autē mathematice cōcernūt materiā intelligibilē ꝓpter quā ɔcernēciā dr̄t q̄ditas ꝛ cuiꝰ ē q̄ditas. hoc āt pꝫ ſic ꝓpt̄ ɔcernēciā materie intelligibilis q̄ditas mathematica p̄t ꝑticipari a multis eo ipſo aūt ꝙ p̄t ꝑticipari a multis dr̄t a quolibꝫ ꝑticipāciū vt declaratū ē in pͥma ꝓpoſicōe Exēplū rectitudo ē q̄dā q̄ditas mathematica q̄ q̄ditas cōcernit materiā itelligibilē .i. ɔtinuū q̄ rectitudo q: ɔcernit ɔtinuū idō p̄t multiplicari ꝑ diuiſionē ɔtinui ꝛ ꝑticulari a multis ꝑtibꝫ ɔtinui. Ex quo ſequit̄ ꝙ dr̄t a quolibꝫ ꝑticipāciū. quia ipa rectitudo eſt ꝑticipabilis a multis. nullum enim ꝑticipancium vt ſicut eſt ꝑticipale. ipſa etiā rectitudo eſt ipſa pura quiditas mathematica. ꝑticipabilitas āt ipa rectitudine dicit ipſam quiditatē vel aliqd additū quiditati ꝓpter qd̄ additū differt ab ipſa quiditate. De dr̄a que est inter participans quiditatē ꝛ ipsam quiditatem in rebus naturalibus dicit phūs in lr̄a quādo dicit ꝙ aliud est aqua et aque esse accipiens per aque esse quiditatē aque per ipsam aquam intelligit participans quiditatem ¶ De differencia autem que est inter quiditatem et participans quiditatem in mathematicis dicit philosophus in lr̄a quando dicit ꝙ aliud est magnitudo id ē participās quiditatem magnitudinis et esse magnitudinis id ē ipsa quiditas ¶ Tercia ppositio et tercia veritas est ꝙ licet sit differencia inter quiditatē ꝛ hn̄tē quiditatē in quibusdā rebꝫ tn̄ hoc nō est in omnibꝫ. In formis eīn sepatis a materia nō est dare differentiā istā cuius ratio est iam dicta quia pura forma nō est nisi forma et ꝑ consequens nō ibi differt forma et hn̄s formam. qꝛ si ibi differret habens formam diceret aliquid additū forme et sic nō esset pura forma. cuius ꝯtrariū est iam suppositū. hec enī dr̄a que est inter quiditatē ꝛ habentē quiditatē licet sit in rebꝫ materialibꝫ tn̄ nō vadit in infinitū. licet enī quiditas differat ab habēte quiditatē. tn̄ nō est quiditas quiditatis vsqꝫ in infinitū. Intelligemus eīn ꝙ ipsa quiditas differt ab ipso ꝑticulari a quo abstrahitur. non tn̄ oportet ꝙ ꝓpter hoc communis sit cō mune et ꝑticularis sit ꝑticulare vsqꝫ in infinitū. sed opꝫ ꝙ hec dualitas que est inter quiditatē ꝛ habentem quiditatē aliquādo terminetur. veritatē huius ppositionis dedit intelligere phūs quādo dixit ꝙ idem est caro et carnis eē quasi diceret licet differat quiditas ꝛ habens quiditatē tn̄ hec differencia nō vadit in infinitū qꝛ quiditas carnis nō oportet ꝙ habeat aliā quiditatē nisi forte gratia materie ꝑ se tn̄ nō opꝫ ꝙ quiditatis sit quiditas. ꝛ ideo in quiditate carnis non differt caro et esse carnis. q̄uis differat i pncipā te quiditatem carnis. Alio mō pt̄ dici ꝙ ꝑ carnem intelligitur vitalitas que est in substanciis sepatis a vita In quibus non quiditas differt et cuius est quiditas. vt iam dictum est. et ideo dicit phūs in lr̄a ꝙ in quibusdam scꝫ sepatis a materia idem est caro id est viuū ꝛ carnis esse id ē quiditas viui. ¶ Quarta veritas et quarta propositio est ꝙ ex hoc ꝙ in rebus materialibus differt quiditas et habens quiditatē opꝫ ꝙ hec duo capiātur et apprehendantur ꝑ duas potencias. Indiuiduū autē apprehenditur ꝑ potēcia sensitiuā. Quiditas autē apprehenditur ꝑ potēciam intellectiuam que potēcia intellectiua apphendēdo quiditatē quasi girat in seipam ꝛ ꝑ ꝯñs assimilatur linee giratiue. In linea enī giratiua finis redit ad principiū ita similiter in intellcū. Intellectus enī debens accipere quiditatem a fantasmate quasi egreditur a se ad fantasmata et extrahēs quasi quiditatem a fantasmate quasi regirat ad ſeipm̄ et ꝑ hoc patet ſm iſtum modum dicendi q̄ falſus eſt intellectus aliq̄ꝝ. qui dicūt q̄ intellectōne quiditatis intellcāis nō ſequit motū linee giratiue ¶ Alio mō pt̄ apprehendi quiditas vel habens quiditatē qꝫ apprehendit differentia inter iſta duo ꝛ tūc opꝫ q̄ apprehendātur ab vna potentia. Impoſſibile eſt em̄ q̄ aliqua potētia apprehēdat dr̄am inter duo extrema niſi apprehendat illa duo extrema. iſta ergo potentia que apprehendit differentiam inter quiditatem ꝛ indiuiduum participās quiditatem opꝫ q̄ apprehendat vtrumqꝫ et hec eſt potentia intellectiua. et ſic potentia intellectiua apprehendit q̄ ſibi propriū eſt ſcꝫ quiditatem et illud qđ eſt aliarum potentiarum inferiorū ſcꝫ indiuiduū et hoc fuit quod debebat declarari i littera iſta ſcꝫ q̄ potētia intellectiua diſcernebat inter obiectum ſibi ꝓprium et obiectū aliarum potentiarꝫ .i. inter quiditatem et indiuiduū. accipit tamē ꝛ cognoſcit indiuiduum ſm aliquā reflexionem ad ſenſum. Ymaginabimur enī q̄ obiectū intellectus eſt ens ꝓut eſt ſub lumine intellectuali. ens autem ſub lumine intellectuali eſt ens intentionis et in conceptu. ens autem intentionis ꝛ in conceptu abſtrahit ab eſſe in effectu et ꝑ ꝯñs ñ ab eſſe indiuiduali et ſic ꝑ ꝯſequēs nō cognoſcit indiuiduum materiale. vel eſſe in effectu eius niſi ꝑ quādam extenſionem ad ſenſum. ¶ In qua exiſtit in rone eſt ſimilitudo ad lineam giratiuam. In primo enī mō imaginabamur q̄ intellectus habebat locum principij et finis qui regirabat ad ſeipſum. hoc autem imaginabimur q̄ hec regiratio et hec reflexio eſt ad fantaſma ¶ Fantaſma enim mouet in virtute luminis intellectum in qua motione quiditas intelligitur ſm eſſe intentionis abſtrahens ab hoc vel illo. Intellectꝰ autem ſic motus regirat ipſam quiditatem ad ipſum fantaſma vel ad ipſum indiuiduum cuius eſt intelligens ipſam quiditatem non preter hoc vel preter illud ſicut primo modo. ſed in hoc vel in illo. His veritatibus viſis patꝫ littera in qua philoſophus ſm veritates dictas quatuor facit. quia primo ſupponit tam in rebus materialibus q̄ i rebus mathematicis differt quiditas et participans quiditatem ſicut fuit dictum in prima ꝓpoſitione q̄ntum ad res naturales. ꝛ in ſecunda q̄ntum ad res mathematicas. ſecundo dicit q̄ iſta dr̄a inter quiditatē et habentē quiditatem non eſt in omnibus rebus nec eſt in infinitū ſicut oñſum fuit in tertia ꝓpoſitiōe ibi. Non autem in omnibus. tertio q̄ in rebus naturalibus ꝑ aliam potentiam cognoſcitur indiuiduum habens quiditatem. quia per potentiam ſenſitiuam ꝛ q̄ per eandem potentiam ſcꝫ per intellectiuam cognoſcitur dr̄a inter vtrumqꝫ ſicut oñſum fuit in quarta propoſitione ibi. Aut ergo alio. Quarto oñdit hoc idem qđ dc̄m eſt de rebꝫ naturalibꝫ p̄t dici de rebꝫ mathematicis. ſ. ꝙ vel ꝑ aliā potētiā cognoſcit quiditas ⁊ ꝑ aliā hñs quiditatē. vel ꝑ eādem potentiam cognoſcitur vtrūqꝫ ꝙ etiam innuebatur in quarta ꝓpoſitione ibi. Iteꝝ in his. ¶ Quātū ergo ad primū dicit ꝙ aliud eſt magnitudo. i. indiuiduum ꝑticipās quiditatem magnitudinis et aliud eſt eſſe magnitudinis id eſt quiditas ꝑticipata et hoc quātum ad res mathematicas et aliud eſt aqua id eſt indiuiduum ꝑticipans quiditatem aque. et aliud eſt eſſe aque id eſt ipſa quiditas aque ꝑticipata et hoc quantum ad res naturales.

¶ Notandum eſt ꝙ id quod hic dixit philoſophus alij conſueuerūt dicere ꝑ verba planiora. dicentes ꝙ in rebus materialibus ſiue ſint naturales ſiue ſint mathematice differt quod eſt et quo eſt id eſt differt ip̄a formalitas quo eſt aliquid ipſa enim formalitas quo eſt aliquid. ipſa enim formalitas eſt quo eſt aliquid ip̄m indiuiduum qđ eſt ꝑ ipſam formalitatē eo modo quo dicimus in rebus mathematicis ꝙ differt rectitudo tanꝙ quo ⁊ rectū tāꝙ quod eſt ꝑ ipſam rectitudinē. etiam in naturalibus dicimus ꝙ differt humanitas quod eſt quo ⁊ hic homo quod eſt ꝑ ipſam humanitatem. Alij per alia verba dicunt ꝙ in rebus differt eſſentia et ens. appellantes eſſentiam ipſam quiditatem. Ens autem ſuppoſitum habens quiditatem. Cōmentator autē exponens lr̄am p̄dictā dicit ꝙ in rebus materialibus dr̄t eēntia ⁊ quiditas appellans quiditatē ip̄ā puram formalitatē eēntiam aūt appellans cōpoſitum ex quiditate et habente quiditatē. Accipit eñ cōmentator abſtractū ꝓ concreto qr accipit eſſentiam pro ente. quaſi diceret in rebus materialibus differt eſſentia et quiditas id eſt differt ens ⁊ quiditas. ¶ Deinde cum dicit. Nō autem in omnibus oſtendit ꝙ hec differentia predicta nō ſaluatur in omni ente. vel etiam non vadit in infinitū dicens ſic. ergo differentia aliquādo eſt inter quiditatem ⁊ habētem quiditatem. hec autē differentia nō eſt in omnibꝫ. qr nō eſt in rebus ſeparatis a materia. vel nō eſt in omnibus id eſt nō ꝓcedit in infinitum in omnibꝫ. licet indiuiduū habet quiditatem tñ nō eſt neceſſe ꝙ quiditas habet quiditatē. ⁊ bene dico ꝙ hoc non eſt in omnibus. quia in quibuſdam puta in ſeparatis a materia idem eſt caro cuius eſt quiditas et eſſe carnis id eſt ipſa quiditas. Accipit enim hic carnem pro vitalitate ſubſtantiarum ſeparatarum manifeſtans ſimplicia ꝑ compoſita quaſi diceret idem eſt vitalitas in rebus ſeparatis a materia et id cuius eſt vitalitas. Vel ſic legatur littera et credo ꝙ magis ad ꝓpoſitum. quia ſatis extraneum eſt per carnem intelligere ſubſtantias ſeꝑabilis · ita dcm̄ eſt q̄ dr̄a eſt inter quiditatē ⁊ hn̄tem quiditatē · ſʒ hec nō eſt in omnibʒ · qꝛ hec dr̄a nō vadit in infinitū qꝛ in quibuſdā putā in quiditatibʒ idem eſt caro et hn̄s quiditatē ⁊ carnis eſſe · i · ipſa quiditas · q · d · nō eſt neceſſe q̄ ſemꝑ quiditas ſit quiditas · ita q̄ ſemꝑ dr̄at hn̄s quiditatē et quiditas ¶ Deinde cum dicit · ¶ Aut igitur alio · oſ̄dit q̄ ex quo in rebus naturalibus differencia eſt inter indiuiduum et quiditatem · ſed q̄ ꝑ aliam potenciā cognoſcitur indiuiduum et ꝑ aliam quiditas · uel q̄ ꝑ eandem cognoſcatur vtrumqʒ aliter tamen ſe habente et primo hoc dicit · ſecundo manifeſtat quod dicit in exemplo ibi ¶ Caro autem ¶ Quantum ad primum dicit quoniam ita eſt q̄ differencia eſt inter quiditatem ⁊ indiuiduum in rebus materialibus · ideo aut per aliam potenciam diſcernit ipſa anima et cognoſcit quiditatem et indiuiduum cuius eſt quiditas · aut eadem potencia cognoſcit vtrumqʒ · ipſa potencia aliter ſe habente dū cognoſcit quiditatem et aliter dū cognoſcit indiuiduum ¶ Deinde cum dicit · ¶ Caro autem · ponit exemplū de eo quod dictum eſt dicens q̄ caro non eſt ſine materia · quia ſicut ſimum eſt hoc in hoc · i · forma in materia · ita caro dicit formam in materia · ex quo ſequitur q̄ in ea differt quiditas et indiuiduum habēs quiditatem · et quia ita eſt · igitur anima ſenſitiua · i · per potenciam ſenſitiuam iudicat id eſt cognoſcit calidum et frigidum quorum ſcilicet calidi et frigidi caro eſt quedā ratio id eſt quedam proportio · quia forma carnis requirit determinatā proportionem calidi et frigidi quaſi diceret caro indiuidua que conſiſtit in quadam proportione calidi et frigidi cognoſcitur per potenciā ſenſitiuam · alio autē id eſt alia potencia a ſenſitiua diſcernitur eē carnis id eſt quiditas carnis ¶ Aut enī ſeparato id eſt per diuerſam et ſeparatam potenciam cognoſcitur indiuiduum carnis et quiditas eius ¶ Aut eadem potencia diſcernitur eē carnis id eſt quiditas carnis et indiuiduum eiuſdem · que potēcia vt intelligens quiditatem ſe habet ad ſeipſam vt intelligens indiuiduum ſicut ſe habet linea cum ſit extenſa ad ſeipſam cum fuerit circumflexa

Notandum eſt q̄ ſcḋm commentatorem in paſſu iſto anima per vnam virtutem ſcilicet per virtutem intellectiuam apprehendit alietatem inter formam et indiuiduū que virtus eſt vna ſcḋm ſubſtanciam tamen eſt diuerſa ſcḋm diſpoſitionem que diuerſitas eſt · quia ipſa virtus appꝛ̄hendit formam ꝑ ſe · Indiuiduum autem apprehendit mediante ſenſu Et hoc eſt ſcire quod voluit dicere philoſophus in littera · quia ſicut ſe habet linea extenſa ad circumflexam · ita ſe habet potencia cognoſcens quiditatem ad ſeipſam · vt ſcʒ cognoſcens eſt indiuiduum qꝛ ſicut eadem linea pōt eſſe extenſa et incuruata · differens tñ ſm diſpoſitionem · ita eadem potētia eſt que apprehendit quiditatē et indiuiduū variatā tñ ſm diſpoſitionem · Unde themiſtius ſicut eandem lineam extenſam et incuruatam eandem eſſe dicimus aliter autem ſe habere et aliter · ita et intellectus quando corpus vt compoſitum apprehendit et quādo ſpeciem ipſam ſolā et formā coaſſimilatur cū rebus quas ſpeculatur re qñqꝫ quidem aſſimilatur linee recte · qñqꝫ autē incuruate · fit enim ꝓ vno quaſi duplex qñ materiam ſimul ſpeculatur cū forma · Notandum eſt ſecundo ꝙ linea predicta aliter poteſt legi vt ſit ſenſus lr̄e ꝙ indiuiduum carnis cognoſcit ꝑ potētiam ſenſitiuam quiditas aūt carnis cognoſcit alio et ſeparato · i · ꝑ aliam potentiam diuerſam ſcꝫ intellectiuam que potentia cum ſit extenſa ſcꝫ fantaſma eſt circumflexa ad ſeipſam id eſt regirat ad ſeipſam abſtrahendo quiditatem a fantaſmate ad ſeipſam ↄſiderando eam vel preter hoc vel preter illud. Et ſic ſm duos modos legendi habem⁹ duobus modis lineam giratiuam. ſm enim primum modum abſtracta quiditas mouet intellectum et in hoc eſt linea recta. Intellectus autem motus regirat ad ſenſum vt poſſet cognoſcere indiuiduum · et in hoc eſt linea giratiua · ſm autem ſecundum modum legendi potentia intellectiua quaſi extendit ſe ad fātaſma · extendendo autem ſe abſtrahit quiditatem ab indiuiduo ⁊ quaſi circumflectit eam ad ſeipſam in qua eſt linea giratiua.

¶ Deinde cum dicit. Item autem in hijs · oſtendit illud idem quod dictū eſt de rebus naturalibus conuenientibꝫ materiam ſenſibilem poteſt dici de rebus mathematicis conuenientibus materiam intelligibilem.

¶ Ad cuius euidentiam notandum eſt ꝙ triplex conuenientia eſt inter res naturales et res mathematicas. Prima conuenientia eſt ꝙ ſicut res naturales conueniūt materiam ſenſibilem ita res mathematice conueniunt materiam intelligibilē · et hāc ↄuenientiam ponit in lr̄a dicens ꝙ in hijs que abſtractione ſunt · i · rebus mathematicis que abſtrahūt a materia ſenſibili · rectū eſt ſicut ſimū · i · ſicut ſimū ↄuenit materiam ſenſibilem in naturalibus ita rectū ↄuenit materiā intelligibilem in mathematicis. rectū enī eſt cū ↄtinuo · i · rectū ↄuenit ↄtinuū qđ eſt materia intelligibilis. Secūda conuenientia eſt inter res naturales ⁊ res mathematicas ſcꝫ qꝛ ſic̄ in rebꝫ naturalibꝫ ꝓpter ↄuenientiā materie ſenſibilis dr̄ quiditas ⁊ huius quiditatē · ⁊ hāc ↄuenientiā dat intelligere phūs in lr̄a dicens ꝙ ſi ꝙ quid erat eſſe · i · quiditas eſt alterū ſcꝫ in rebꝫ naturalibꝫ ab eo cui⁹ ē · eſt aūt alterū in mathematicis ita ꝙ alterū ē recto eē · i · quiditas recti ⁊ rectū · i · ꝑticipans ipſam quiditatem ſit eñ dualitas quiditas recti tunc opꝫ ꝙ dualitas drāt a pncipāte dualitatē. loquitur phūs more platonico. plato enim ponebat ꝙ nūi eēnt ſubſtāne rerum mathematicaꝝ ita ꝙ vnitas erat ſubſtāna puncti ſm eum et dualitas erat ſubſtantia linee recte ꝙ ſi ita eſſet differret dualitas que eſt quiditas ⁊ continuum cuius eſt quiditas ſicut dicit phūs in lr̄a. ¶ Tercia conuenientia inter res naturales et mathematicas eſt ꝙ ſicut in rebus naturalibꝫ ꝓpter drām que eſt inter quiditatem et indiuiduum ꝑ aliam potenciā cognoſcitur quiditas et ꝑ aliam indiuiduū vel ꝑ eandem cognoſcitur vtrūqꝫ que tamen variatur ſm diſpoſitionē. ita eadem ratione ꝓpter differenciam que eſt in rebus mathematicas ꝑ aliam potenciam cognoſcitur indiuiduum ⁊ quiditas. vel ꝑ eandem aliter ſe hñtem. et hanc conuenienciam dat intelligere phūs in lr̄a dicens ꝙ altero .i. altera potencia iudicat aliter quiditatem ⁊ indiuiduum habens quiditatem in rebꝫ mathematicis. vel per eandem potenciam iudicat vtrumqꝫ aliter tamē ſe habentem ita ꝙ ſit diuerſe diſpoſitiōnis ⁊ omnino ſicut res ſeparabiles a materia ſic ſe habent ad intellectū res enim que ſeparate ſunt a materia ſm eſſe ſolo intellectu percipi poſſunt. que autem ſeparate ſunt ſ rationem ſicut ſunt mathematica ſ rationē intelliguntur abſqꝫ materia ſenſibili nō autem abſqꝫ materia intelligibili ¶ Quereret aliquis vtrū ſit verum quod dcm̄ eſt a phō ſcꝫ ꝙ intellectus apphendit drām inter quiditatem ⁊ habentem quiditatē. videtur ꝙ nō. quia compħenſio diuerſitatis inter obiecta duaꝝ potenciarum ſe hñt attribuitur virtuti ſuperiori. verbi gracia. cōprehenſio diuerſitatis inter duo ſenſibilia ſenſuum particularium non attribuitur ſenſui particulari ſed ſenſui cōmuni. Similiter cōprehenſio diuerſitatis inter intentionem ſenſibilem et ſenſibile extra non attribuitur ſenſui particulari ſed cōmuni. Eodem modo cōprehenſio inter formā imaginatam ⁊ intentionem eiuſdem nō attribuitur virtuti imaginatiue ſed virtuti ſuperiori ſcꝫ cogitatiue. ergo eodē mō compħenſio alietatis inter intencionem et indiuiduū eius nō attribuitur intellectui materiali ſed virtuti ſupiori ¶ Ad oppoſitū eſt dictū phi. ¶ Ad hanc queſtionē dicendū eſt ꝙ ariſtoteles multis de cauſis ⁊ multis rationibꝫ introducat explicā p̄cedens. quibus cauſis viſis patebit qd̓ queritur. Prima cauſa eſt ſm cōm. vt oſtdat drām inter virtutē imaginatiuam ⁊ virtutē intellectiuam. Eſtimatū eſt eñ apud multos ꝙ imaginatio ſit ipſius intellectus. Eſtimabant eñ vt dicit commentator ꝙ mouens et motum ſunt eiuſdem ſpetici imaginatio mouet intellectum. quia ſicut ſe habet ſenſibile ad ſenſum ita ſe habet imaginatio ad intellectum. hanc autem opinionē excludit phūs· ubi dicit ꝙ intellectus apprehendit intēcionem universalem hanc enī nō apꝑhendit imaginatio ſed intēcionem ꝑticularem· Unde ꝯmentator neceſſe eſt ſi intēciones ſunt diverſe virtutes apprehendentes ſunt diverſe· intellectus igitur nō eſt virtꝰ imaginativa qꝛ apprehenſio virtutis imaginative eſt ꝯpreſſio ſenſibilis· Secūda ratio ⁊ ſecunda cauſa quare introductū eſt hoc capitlm̄ poteſt eē ad oſtendendum convenienciam inter ſenſum ꝯmunem et intellectum· ſicut enim ſenſus ꝯmunis eſt una potēcia que ipſam diverſitatē ſentit in ꝯprehendendo diverſa· ita ⁊ intellcūs· unde et ꝯmentator intellcūs ꝯprehendit alietatē inter duo· Quod aūt ꝯprehendit alietatē inter duo neceſſe eſt ꝙ ſit unū uno mō et multa alio modo et iſta eſt diſpoſitio intellectus in cōprehendendo alietatē que eſt inter formam et individuū ꝯprehendit enī formam ꝑ ſe· Individuū autē mediante ſenſu et ſic ꝯprehendit alietatē inter ea ꝑ diſpoſitionem que diverſatur quemadmodum ſenſus cōmunis apprehēdit alietatem inter ſenſibilia ꝑ diſpoſitionem diverſam in ſenſus ꝑticularis· Tercia racō quare introductū eſt illud capitulū eſt ut oſtendatur qđ eſt ꝓprium obiectum intellectus qꝛ ipſa intēcio non ſenſata ſed abſtrahens ab hoc ſenſu vel ab illo ſive ab hoc individuo vel illo· et ideo intellectus regirans ad ſenſum intelligit individuū· Quarta ratio quare ſcilicet introductum eſt hoc capitlm̄· eſt ad oſtendendum ꝙ quedam forme debent intellectū ſuum alteri· et ſunt ille forme que ſunt in materia ſenſibili vel intelligibili· ideo autem tales forme debent intellectum ſuum alteri· qꝛ in eis differt ꝙ quid eſt ⁊ individuum· Omnis enim quiditas debet ſe ipſam· ꝑmmo quaſi dat ſeipſam illi cuius eſt· et ideo quā illud cuius eſt eſt alterum ab ea· dat intellectum ſuum quaſi alteri ⁊ qꝛ in talibꝫ formis intellectus debetur alteri· ideo ſm̄ aliquos in intellectione talium formarum eſt egreſſio et reflexio· q̄ ariſtotiles vocavit lineam extēſam et reflexam· forme enim naturales intellectum ſuum debent ſenſibilibus· ⁊ ideo intellectus in intellectione earum quaſi egreditur ad ſenſibilia· Regirat autem ad ſeipſum dum quiditates tales trahit a ſenſibilibus· forme autem ſive quiditates mathematice intellectum ſuū debent imaginantibus et ideo intellectus in intellectiōe earū que egreditur ad imaginabilia regirat autē ad ſeipſum quaſi per lineā flexam quādo quiditatem mathematicam trahit ab ipſis imaginantibꝫ· Quinta ratio quare introductum eſt hoc capitlm̄ eſt ut oſtendatur ꝙ intellectus poſſibilis eſt virtus ſuprema inter virtutes apprehenſivas ⁊ ꝙ non eſt abire in infinitum in virtutibus apprehenſivis· Hoc autem oſtenditur ex eo· ꝙ ſcilicet hec virtus apphendit drām inter intēcionem vniūſalem ꝛ ꝑticularem. hec enim drā nō pt cognoſci a virtute ſenſitiua. qꝛ virtus ſenſitiua nō apprehendit intēcionem vniuerſalem. cuius ratio eſt. qꝛ motus inferior nō attingit ad id quod ꝓprium eſt virtutis ſuperioris. apphendere autē intencionem vniuerſalem eſt ꝓprium intellectus. hec eciā drā non poteſt apprehendi ab aliqua virtute que ſit ſupra intellectū. quia ſi hoc eſſet. eſſet abire in infinitū in virtutibꝫ apprehenſiuis. Si enim ſenſus cognoſcit intēcionem ſenſatam. intellectus cognoſcit intēcionem vniuerſalem ideo neceſſario requiritur alia potēcia ſuperior que cognoſcat drām inter intencionem ſenſatam et vniuerſalem ꝙ iſta drā nō pt cognoſci ab aliqua harum potēciarum ſequitur ꝙ ſit abire in infinitum in virtutibꝫ. Jlla enī potencia ſuperior habet intencionem ſibi propriam ꝓpter quam apprehendit. qꝛ ſemꝑ ꝓporcio eſt inter apprehendēs ꝛ apprehenſum. quero ergo que eſt illa potencia que apprehendit drām inter intencionem apphenſam ad hāc virtutē ꝛ intencionem apphenſam ab intellectu. Si enī neceſſario requiritur virtus ſuperior optꝫ dare aliam virtutē ſuperiorem ꝛ ſic erit abire in infinitum. vt ergo hec infinitas abſcidatur ponitur ſtatus in intellectu poſſibili et quia ita eſt idō optꝫ ꝙ intellectus poſſibilis cognoſcat drām inter id qđ ſibi ꝓprium eſt et id quod eſt ꝓprium aliarum potenciarum. Nec pt aliquis dicere ꝙ hec drā cognoſcitur ab intellectu agente intellectui agenti nō attribuitur opus ꝯprehenſionis. qđ opus reductum eſt ad genus paſſionis. ſed ſibi attribuitur opꝰ abſtractionis quod reductum eſt ad genꝰ actionis ſicut oſtēdetur infra. et ſic patet quod querebatur. neceſſe eſt enī ꝙ hec drā cognoſcatur ab intellectu. ¶ Ad argumentū patet qꝛ non eſt ſimile de intellectu et alijs potencijs quia alie potencie poſſunt habere aliam potenciam apprehenſiuam ſuperiorem Intellectus autē eſt ſupma potencia apphenſiua ꝛc.

Dubitabit utiqꝫ aliquis:

Poſtꝙ phūs oſtendit proprietates intellectus poſſibilis. Jn parte iſta mouet quaſdam dubitacōes circa prius determinata et duo facit quia primo mouet duas dubitaciones. ſecundo eas ſoluit ibi. ¶ Aut pati quidem. Prima in duas ſm̄ duas dubitaciones quas mouet. ſecunda ibi. ¶ Amplius autem. Prima dubitacio oritur ex hoc quod dictum eſt ex precedentibus ꝙ intellectus intelligit. ¶ Arguit enim cōtra philoſophus ſic. ¶ Intelligere eſt pati. ſed intellectus non patitur quia pati requirit materiam in paciente que non eſt in intellectu qui eſt ſimplex. ergo intellcūs non intellit. Viſo hoc argumento ꝙ poteſt elici ex littera. patet littera que dicit ſic. ꝙ ſi intellectus ē ſimplex et impaſſibilis et nulli nichil habet rationem id eſt cum nullo communicat i principio materiali ſicut dicit ¶ Anaxagoras qui poſuit intellectum immixtū dubitabit aliquis quomodo intellectus intelligit. Si intelligere eſt quoddam pati ¶ Si enim intelligere eſt pati non poteſt eſſe in intellectu. quia paſſio arguit materiam communem agenti ⁊ pacienti inquantum enim eſt aliquid commune vtriſqꝫ ſcilicet agenti et pacienti in tantum videtur illud agere. Illud autem pati. Materia autem non eſt in intellectu ¶ Deinde cum dicit. Amplius autem. mouet ſecundam queſtionē que oritur ex precedentibus. ꝙ intellectus factus in actu intelligit ſeipſum. et ideo querit philoſophus quomodo intelligit ſeipſum ¶ Ad euidenciā autem littere notandum eſt ꝙ hec dubitatio poteſt duobus modis formari. Primus mod⁹ formandi dubitationem eſt talis ſi intellectus intelligit ſe. intelligit ſe ſicut alia materialia aut intelligit alia ſicut ſe: ſed vtrumqꝫ eſt impoſſibile. ergo non intelligit ſe. ꝙ autem vtrumqꝫ ſit impoſſibile patet. Si enim intellectus intelligit ſe ſicut alia. alia autem intelligit vt abſtracta vt declaratum eſt in precedenti capitulo ergo ſeipſum intelligit vt abſtractum a materia. omnis autem forma abſtracta a materia eſt forma mixta ergo intellectus eſt mixtus. cuius contrarium oſtenſum eſt ſupra. Si autem intelligit alia ſicut ſe cum ipſe ſit ſeparatus a materia ergo et alia ſeparata ſunt. Forme autem ſeparate que per ſe ſunt intelligibiles intelligunt. ergo forme materiales intelligunt. vel eciā oportet dicere ꝙ forme materiales intelligunt. ſi enim intelliguntur ſicut intellectus. vel ꝙ intellectus intelligat. ſi intelligatur ſicut forma materialis abſtracta a materia. Secundus modus formādi dubitationē que ſequitur philoſophus in lrā. oritur autē iſte modus ex p̄cedenti capitulo. Ibi enim dictū eſt ꝙ i rebus materialibꝫ ſiue enim ſint res naturales ſiue ſint res mathematice aliud ē quiditas et indiuiduū ⁊ ideo aliud eſt ꝙ accipitur ab intellectu ſcꝫ quiditas ⁊ aliud eſt quod relinquitur ſcilicet indiuiduum. Ex quo ſequitur ꝙ ille res materiales intelliguntur ꝑ quoddam aliud quod quaſi trahitur et abſtrahitur ab ipſo indiuiduo materiali a quo differt. et ſm hoc formatur ſic dubitatio. Si intellectus eſt intelligibilis aut eſt itelligibilis ſm ſe et nō ſm aliud. i. nō ſm aliam itentionem abſtractam ab ipſo. Aut enim eſt itelligibilis ſm aliud. i. ſm itētionē abſtractā ab ipſo. ſicut ē in rebus naturalibus. ſed primus modus ⁊ ſecūdus eſt impoſſibilis ergo non eſt itelligibilis. ꝙ āt p̄m⁹ ſit iꝑoſſibilis pꝫ quia ſi intellectus ſit intelligibilis ẜm ſe et non ẜm aliud. ſequitur ꝙ aliq̄ intelligibilia ſint etiam intelligibilia ẜm ſe ⁊ nō ẜm aliud. qꝛ intelligibile vt tale eſt vnius ratiōis ſed intelligibile ẜm ſe eſt intellctūs ergo alijs intelligibilibꝫ ineſt intellect⁹ qḋ eſt impoſſibile. nō igit̄ ē intelligibile ẜm ſe. Impoſſibilitas ſecūdi modi pꝫ. Si eīm ē intelligibilis ẜm aliud abſtractū a materia ſicut eſt in formis materialibꝫ ſequitur ꝙ ſit forma mixta qḋ eſt ipoſſibile. viſo hoc modo formandi pꝫ lr̄a que dicit. ꝙ amplius dubitatio eſt ſi ipſe intellectus eſt intelligibilis videtur enim ꝙ non Si eīm hoc eſt aut ſequetur ꝙ alijs rebus ab intellectu inerit intellectus. ita ꝙ intelligent. hoc autem ſequitur ſi intellectus eſt intelligibilis nō ẜm aliud ſed ẜm ſe. qḋ aut̄ ſequat̄ pꝫ quia intelligibile eſt vnū ſpecie id eſt vnius rationis in intellectu ⁊ in alijs. Aut ſequetur ꝙ intellectus habebit aliquod admixtum ꝙ faciat ipſum intelligibile id ē habebit formam mixtam materie que abſtracta ab ipſo faciet ipſum intelligibilem. hoc aut̄ ſequitur ſi intellctūs eſt intelligibilis ſicut alia

¶ Notandum eſt ꝙ ſicut omne viſibile idem videtur cum alio in racōne ex ea pte que viſibile. ita omne intelligibile ex ea parte qua intelligibile videtur eſſe vnius rationis. et iō phūs de hac vna ratione arguit in lr̄a ſic. Intelligibile in intellectu ⁊ in alijs eſt vnius rationis ſed intellectus eſt ita intelligibilis ꝙ intelligit ergo alia intelligibilia ita ſūt intelligibilia ꝙ intelligūt

¶ Deīn cū dt. Aut pati quidem. Soluit pmiſſas dubitationes ⁊ primo ſoluit ad primā. ſecundo ad ſecundā ibi. Et ipſe aut̄ intellectus. Eſt aut̄ ſolutio prima in breui talis. ꝙ pati ꝓprie acceptū arguit materiā. pati aut̄ impꝓprie acceptū nō arguit materiā ⁊ qꝛ intelligere ē pati iſto modo ideo materiam non arguit. et hoc eſt qḋ dt lr̄a. ꝙ pati dicitur ẜm aliquod ꝯmune. i. eſt ꝯmune ad pati ꝓprie acceptum et ad pati improprie acceptum vt dcīm eſt pri⁹ Intellectus aūt impꝓprie patitur in tātum eīm dꝫ pati inquātum eſt quodāmodo in potentia ad intelligibilia et nichil eſt eorum in actu anteq̄ȝ intelligat. hoc aut̄ eſt impꝓprie pati quia tale pati nō eſt niſi recipere et intellectum pficere. Ita eīm eſt in intellectu poſſibili ſicut eſt in tabula in qua nichil depingitur. Tabula eīm i qua nichil eſt depictum eſt i potencia ad ea que pingi poſſunt: et nichil eſt i actu eorum anteq̄ȝ pingatur Eodem modo intellectus poſſibilis eſt in potencia ad oīe intelligibile a quo poteſt moueri et nullum eſt i actu anteq̄ȝ moueatur.

Notandum eſt ꝙ duplex eſt potencia. quedam enim eſt potencia que ex ſui potencialitate eſt cā receptionis ⁊ trāſmutacōis et hec ē potēcia materie. Quedā eſt alia potencia que eſt cauſa receptionis ⁊ pfectionis tm̄. ⁊ iſta eſt potẽtia paſſiua intellctũs poſſibilis De hac duplici potẽtia dt ↄm̄. ſup lr̄a p̄dicta potẽtia ⁊ receptio dr̄ nõ equiuoce cũ eis .i. intelligibilibꝫ ⁊ in rebꝫ materialibꝫ. Diuerſitas eñ iſtiꝰ intẽctõnis ſcꝫ receptionis que eſt in intellectu a receptione que eſt in rebꝫ materialibꝫ eſt res ad quã ducit dubitatio Vnde nõ eſt ↄmãdũ ꝙ materia p̄ma nõ eſt cauſa receptionis ſed cauſa tranſmutabilis receptionis ⁊ eſt receptio huius ſingularis. cauſa aũt receptionis ſimiliter eſt hec natura ſcꝫ intellctũs poſſibilis. ⁊ ideo phũs videns hãc duplicẽ naturã dicit ꝙ paſſio dicitur duobꝫ modis Eſt eñ paſſio ꝓprie accepta ⁊ hec paſſio ſequit̃ materiã ⁊ paſſio iñꝓprie accepta ⁊ hec ſequit̃ intellectũ poſſibilẽ

¶ Deĩn cũ dt. Et ipẽ aũt intellectus. ſoluit queſtionẽ ſcdã p̄dictã et duo facit. q2 primo ſoluit dubitationẽ. ſcdo ſoluit ad obiectionẽ iam factam ibi. Non autẽ ſemp

¶ Ad euidentiã primi notandũ eſt ꝙ hec dubitatio p̄t ſolui duobꝫ modis. et ſm hos duos modos duobus modis poteſt legi littera. Primus modus ſoluendi eſt aliquorum modernorum qui in ſui ſolutione tria ſupponunt. Supponunt enim primo ꝙ ab ente in potentia vt in potentia eſſe nullus egreditur actus. quia agere eſt actus ſecundus qui neceſſario ſupponit actum primum qui eſt forma. Secundo ſupponunt ꝙ intellectus poſſibilis eſt ens in potentia. quia tenet vltimum gradum in intelligibilibus. ⁊ etiam ſicut dictum eſt in p̄cedentibꝫ. Intellectus poſſibilis inter intelligibilia tenet locum materie. Si autem ita eſt ꝙ intellectus poſſibilis eſt ens in potentia ſequitur ꝑ primũ fundamentũ ꝙ non intelligat niſi ꝑ aliquem actum. q2 omne intelligibile eſt intelligibile ꝑ formã. Tercium fundamentũ quod ſupponunt ipſi eſt ꝙ intelligibile ſiue vt melius dicitur ratio intelligendi ſeparata a materia idem eſt cum ipſo intellectu ſicut perfectio cum ſuo ꝑfectibili. licet enim lapis nõ ſit idẽ cum intellectu tamen conceptus lapidis quia videtur ſeparatus eſt a materia videtur eſſe idem cum intellectu ipſo quem perficit. et hoc ẽ quod conſueuit dici ꝙ in ſeparatis a materia idem eſt intelligibile et intellectus. Ex hoc autem ꝙ huiuſmodi conceptus ſeparatus a materia eſt idem cum ipſo intellectu ſequitur ꝙ ipſum aliquo modo actuat. quia intellectus actuatus eſt in actu reſpectu intelligibiliũ ⁊ ſic p̄t intelligere alia. et ꝑ ↄſequens poteſt intelligere ſeipſum. quia intelligendo alia aliquo modo aduertit ſe eſſe ſubiectum intelligibilium. Ex hoc autem fundamento ſequit̃ ꝙ intellectus intelligit ſe ſicut alia intelligibilia. Sicut enim alia intelligibilia intelligit per conceptum ſiue intentionem a qua reducitur ad actū· ita ꝑ eandem intẽtionem intelligit seip̄m· ꝯprehendendo sc; ipsum esse subiectum intelligibiliū et per ꝯsequens ꝯprehendendo se intelligere et ſm hunc modum dicendi p; lr̃a cuius dicit ꝙ ipse intellectus est intelligibilis sicut alia intelligibilia ꝑ speciem intelligibilium que species sunt separate a materia· et ideo sunt idem cum ipso intellectu· In separatis enī a materia idem est intellectus et quod intelligitur id ē ratio intelligendi ⁊ q2 ista ratió eadē est cū ipso intellectū sicut ꝑfectio cū ꝑfectibili· ideo p̄t ducere ipsum intellectū in cognitionē illoꝝ quoꝝ est ratio· secūdo in cognitionē sui ipsius· vt declaratū est in fundamentis p̄dictis· In separatis etiam a materia idem est scientia speculatiua ·i· ratio speculandi ⁊ ip̄m speculatiuū ·i· intellectus speculās ꝓpt̃ quā ꝓprietatem ipsa scientia speculatiua primo ducit ip̄m intellectū in cognitionem speculabiliū· secūdo in cognitionem sui ipsius· hic est ergo vnus modus exponendi· Secūdus modus supponit quedā fundamēta ex quibz fundamētis exponit lr̃am Primū fundamentū est ꝙ intellectus hz suā intẽtionem intelligibilē que diuersa est ab intẽtione alioꝝ entiū que intẽtio intelligibilis vt in conceptu est differt a suo esse in effectu· q2 in omni quod est citra primū differt intẽtio ꝯmunis et intentio ꝑticulata· In solo primo nó ē natura ꝑticularis ⁊ vniuersalis· In alijs autē omnibz est intẽtio ꝯmunis que p̄t ꝯsiderari p̄ter suū ꝑticulare et suū eē in effcū· et q2 ita est in alijs ideo ita est in intellectu q2 p̄t concipi sua intentio ꝯmunis sic possunt concipi intentiones aliorum intelligibilium et sic intelligitur ꝑ intentionem ꝓpriam· Secundum fundamentū est ꝙ aliter est de intentionibz quiditatiuis formaꝝ materialiū et aliter est de intentione quiditatiua ipsius intellectus Intentiones quiditatiue formaꝝ materialiū largiūtur formis materialibus ꝙ possunt intelligi nó autē ꝙ possint intelligere cuius ratio est· quia hec intentiones comꝑate ad intellectum a quo concipiūtur apprehendūtur separate a materia· Comꝑate tamen ad subiectū quoꝝ sunt cui largiūtur esse in effectu sunt immerse in materia a qua materia q̄si obumbrantur ꝓpter quā obumbrationem carent lumine intellectuali et ꝑ ꝯñs non intelligunt· Intẽtio autē quiditatiua intellectus cōꝑata ad intellectū quē mouet· q̄ndo intellectus concipit intẽtionem suā sibi largitur ꝙ sit in actu respectu sui q̄ntum ad esse in conceptu a quo conceptu intellectus nudus est antequā p̄sentetur sibiipsi ꝑ modū cognoscibilis· ⁊ sic largit᷑ intellectui rationē intelligibilis· hec autē eadē intẽtio ꝯꝑata ad intellectū vt ē vnū entiū i effectu sibi largit᷑ ꝙ sit ens in effcū sicut oīs quiditas largit᷑ supposito ꝑ modū forme et non per modū efficientis ꝙ ſit ens in effectu hec autē intentio formalis et quidditatiua intellectus comparata ad ipm̄ cuius eſt quiditas ſibi largitur ꝙ ſit intelligens. quia de ratione talis quiditatis eſt ꝙ ſit eleuata ſup ordinem formarum materialiū et ꝙ ſit in confinio ſubſtantiarū ſeparatarū et formarū materialiū. Omnis autē ſubſtantia eſt ſic eleuata eſt intelligens ex quibꝫ pꝫ ꝙ intentio quiditatiua intellectus ſibi largit̄ ꝙ poſſet intelligi et qđ poſſet intelligere ita ꝙ imaginabimur ꝙ ratio intelligibilis ⁊ ratio intelligentis ſup eadē radice fundantur ſcȝ ſuper ſeparatione a materia ita ꝙ ſeparatio rei vt ē in conceptu largitur rei rationem intelligibilis ſeparatio autē rei vt eſt in effectu ſibi largitur rationē intelligentis vnde eſt ꝙ quidā dicunt ꝙ res que eſt ſeparata a materia in effectu nō indiget intellectu abſtrahente qꝛ intellectus agens abſtrahens ſolū requiritur ꝑ formas materiales que nō ſunt ſeparate in effcū. Utrum autē hoc ſit verum alibi poterit patere. hoc tamen verum videtur ꝙ forme eleuate a materia in effectu hn̄t rationem intelligentis. talis autem eſt intellectus ⁊ ideo habet duplicem opationē ſcȝ intelligibilis ⁊ intelligētis et hoc eſt quod dicit̄ in lr̄a ꝙ in ſeparatis a materia idem eſt intellectus et qđ intelligitur. i. idem habet rationem intelligentis ⁊ intelligibilis ſcȝ qđ ē eleuatū a materia tam in effectu q̄ȝ in metaphyſice. Tertium fundamentum eſt ꝙ intellectus poteſt cognoſcere ſeipſum duobus modis ſcȝ cognitione ſi eſt et cognitione quid eſt que eſt cognitio quiditatiua. In cognitionem primam deuenit per actum perpendendo enim ſe intelligere cognoſcit ſe eſſe. Cognitionem autem ſecundam habet intellectus cognoſcendo intentionem propriam nō poteſt deuenire niſi cognoſcat prius intentiones aliorum et quantum ad hoc verum dicebat primus modus dicendi. Ratio autem quare non poteſt deuenire ad intentionem ꝓpriā niſi primo deueniat ad intentiones aliorum eſt. quia intellectus vt eſt coniunctus corpori nichil poteſt intelligere vel cognoſcere niſi excitet a fantaſmatibus. Cum autem anima non habeat fantaſma oportet ꝙ ipſa excitata ꝑ quodcūqȝ fantaſma. primo ducitur in cognitionem alterius ⁊ ſecundo ducitur in cognitionem ſue ꝓprie intentionis ⁊ ideo vt dictum eſt ſupra cum intellectus ſit actu ſm̄ aliquid cognitum p̄t ſeipm̄ intelligere. Verum eſt ꝙ phūs in ſecūdo de aīa deuenit in intentionē ꝓpriam aīe que eſt ꝙ anima eſt actus corporis organici ī potentia vitam habentis. Hijs fundamentis viſis patet littera que dicit ꝙ intellectus eſt intelligibilis ſicut intelligibilia. i. eſt intelligibilis per intentionem propriam ſicut et alia intelligibilia. differt tamen qꝛ alia intelligibilia ꝑ intentionem ꝓpriam hn̄t ratione͂ intelligibilis ⁊ nō intelligibilitatis. Intellectus aūt hȝ ratione͂ vtriuſqȝ qꝛ in hiis q̄ ſunt ſine materia idem eſt intellectus et qd̓ intelligit̄.i.idem hȝ ratōne͂ intelligibilis ⁊ intelligentis In hiis etiā que ſunt ſine materia ſcie͂tia ſpeculatiua.i. ratiō ſpeculabilis et qd̓ ſic ſpeculatiuū eſt.i.intellctūs ſpeculans idem ſunt. vel ſic in hiis que ſunt ſine materia idem eſt ſcie͂tia ſpeculatiua.i.intellctūs ſpeculatiuus ⁊ ꝙ ſic ſpeculatiuū eſt.i. intellectus materialis qui ſpeculat̄ ide͂ eſt intellectus qui de poſſibili eſt actuatus ſit ſpeculatiuus. Deīn cū dicit. Non aute͂ ſemꝑ. reſpondet ad quoddā argumentū qd̓ factū fuit ſup̄. Dicebatur enim ſup̄ ſic. Si itellctūs eſt intelligibilis ſicut alia. ſequitur ꝙ ſicut alia nō intelligūt ꝙ nō intelligit. vel ſequit̄ ꝙ ſi intellectus intelligit. ꝙ etiā alia intelligūt. Ad hoc argumentū reſpondet phūs ſic ꝙ nō eſt ſimile qꝛ intentio intellecta formaꝝ materialiū ꝯparata ad illud cuius eſt in effectu. eſt immerſa īfra potentiā materie a q̄ obumbratur. ⁊ ſunt aute͂ a lumine itellectus et ſic nō eſt ratio intellige͂di. Intentio aute͂ quiditatiua intellectus ꝯparata ad id cuius eſt eleuata ſup̄ potentiā materie et iō largitur illi ratione͂ intellige͂tis. ⁊ hoc eſt qd̓ dicit lr̄a ꝙ ꝯſideranda eſt cā nō ſemꝑ intelligendi.i. ꝯſideranda eſt cauſa ꝓpter quā nō oīe intellectuū eſt intelligens ſed ſolū in ſeꝑatis a materia. ratio aūt eſt quia vnūquodqȝ intelligibiliū in hn̄tibus materiā eſt potētia.i. eſt immerſū infra potētiam materie ⁊ illis.ſ. rebus materialibȝ nō inuenit intellectus ita ꝙ intelligūtur ꝙ nō intelligūt. Intellectus enim et potētia taliū que ſunt ſine materia.i. q̄ ſunt eleuata ſup ambitū formaꝝ q̄ ſunt infra potētiam materie. Illi aūt ſcȝ intellectui ita inuenit intelligere ꝙ etiā ſimpl'r ſibi inuenit ratio intelligibilis. Notandū eſt ꝙ hec lr̄a Nō ſemꝑ aute͂.ꝑt aliter introduci ꝙ̄ introducta ſit.ꝑt enim introduci vt ſit ratio cuiuſdā dicti. dcm̄ eſt enim ſtatim ꝙ in hiis que ſunt ſine materia idem eſt intellectus ⁊ qd̓ intelligitur ⁊ ratione͂ huiꝰ reddit phūs in lr̄a iſta. ⁊ tūc eſt ſenſus lr̄e ita dcm̄ eſt ꝙ in ſeꝑatis a materia id qd̓ intelligitur eſt intellectꝰ. cuiꝰ ratio eſt qꝛ intellectus eſt de numero taliū que ſunt ſeꝑata a materia et nō de numero illoꝝ que ſunt in materia vnūquodqȝ enim illoꝝ quod eſt in materia habet potētiā immerſam et obumbratam ⁊ ꝑ ꝯñs caret lumine intellectuali

Quoniam aute in omni natura

Poſtꝙ̄ phūs determinauit de intellectu poſſibili oſtendendo ꝙ ipſe vere eſt poſſibilis nudus ab intelligibilibꝫ. et ꝙ ipſe eſt immixtus ⁊ ꝙ ipſe non eſt una natura. et q ipse est locus specierum & q ipse est discernens inter obiectū ꝓpriū et obiectū aliarū potentiaꝝ inferioꝝ. Post ꝙ autem ꝓposuerit quasdam dubitationes circa ipm intellectū possibilem. In parte ista determinat de intellectu agēte ostēdens q intellect⁹ possibilis arguit agentē. ita q si est dare possibilē est dare agentē. et tria facit q2 ꝑmo determinat de intellectu agēte secundo ostendit quomō se hz intellectus agens ad intellectū speculatiuū ibi. Tercio autē. tercio ponit cōditiones totius ptis intellectiue sm q differt ab aliis ptibz ibi. Separatus autē solus Prima in duas q2 primo ostēdit q intellect⁹ possibilis arguit agentē. secundo ostēdit naturam huius intellectus ibi. Et hic intellectus. Primo ergo ꝓbat phūs q intellectus possibilis arguit agētem. ¶ Ad cuius euidentiā notandum est q ratio phi fundatur sup veritatē triū ꝓpositionū. Prima ꝓpositio est q ens in potentia inq̄tū tale nō deducit seipsum ad actū. q2 tūc idem sm q idem esset actiuū et passiuū. Cū ergo intellectus possibilis sit ens in potētia. nō pt seipsum deducere ad actū. opz ergo q reducatur ab alio. Secūda ꝓpositio sup qua fundatur phūs est q ens in potentia nō pt reduci ad actū p aliqd existens in potentia. cuius ratio est q2 qd est in potētia inq̄tū tale est tm̄ natū ad patiendū et nō ad agendū. et ad reduci & nō reducere quia omnis potentie ut sic magis reducitur ꝙ reducat. Intellectus autem possibilis est ens in potentia. opz ergo q reducatur p aliud q nō sit ens in potentia. sed magis ens in actu Tercia ꝓpositio est sup qua fundatur phūs q duplex est genus entiū siue duplex esse scz corporale & spirituale et q sicut in genere prima materia arguit agens q2 materia est ens in potentia que nō pt deducere seipsam ad actum sed oportet q reducatur p agens. ita q in secundo genere intellectus possibilis est ens in potentia q nō pt seipm deducere ad actū. et ideo indiget intellectu agente ipm deducente ita q in esse spirituali dabimus ptē intellectiuā similem materie et hec ps est intellectus possibilis. et ptem similem agenti et hec est intelligentia agens. dabimus etiā aliquid simile forme recepte in materia. et hec est ipsa ꝑfectio secunda intellect⁹ possibilis. dabimus etiā aliquid simile ꝯposito. et hec est ipse intellect⁹ speculatiu⁹. siue sit speculatio habitualis siue actualis. His visis pz lrā que dicit q i unoquoqz genere ubi est materia est aliquid aliud ꝙ materia qd scz reducat ipsam materiā ad actum. materia eīm in unoquoqz genere est in omnia que sunt illius generis. et ideo opz dare quoddam aliud in illo genere qd reducat ipsam materiā ad actū qd quidē aliud est sicut causa et efficiens. ita q oīa sui generis fiant in actu que fuerūt im potētia qđ entiā in faciendo ſe hȝ ad factibile ſicut ſe hȝ ars ad materiā q2 ſicut ars pducit diuerſas formas de materia ita ⁊ hec agēs. ⁊ qm̄ ita eſt i vnoquoqȝ genere ſcȝ ꝙ vbi eſt potētia ibi ē agēs. iđ neceſſe ē has drās ſcȝ potētie ⁊ agētis eſſe in aīa ita ꝙ vna drā aīe eſt intellcūs in quo oīa fiūt. et eſt intellcūs qui pt̄ oīa fieri ſcȝ in ꝯceptu ſicut materia pt̄ fieri oīa in effcū. ¶ Alia aūt drā eſt iſte itellectus quo eſt oīa facere. i. intellcūs agēs qui pt̄ facere oīa in actu que fuerūt in potētia. hic aūt intellectus ſcȝ agens eſt ſicut quidē habitus. ¶ Accipit aūt hic habitus nō ꝑ habitu acquiſito ſed eo modo quo phūs frequēter omnem formā ⁊ omnē actū noīat habitū. quaſi ergo dicit intellectus poſſibilis ꝓpter ſui poſſibilitatē nō eſt habitus. Intellectus autē agens ꝓpter ſui actiuitatē eſt habitus. et nō ſolū eſt habitus. ſed eſt lumen. ſicut eīm lumen extra facit quodāmō colores in potētia colorem in actu ita intellectus agens facit ipſa intelligibilia actu que prius fuerāt potētia intelligibilia. Notandū ē ꝙ ratio phi in breui poſſet eſſe talis. In omni genere materia vel ſimile materie arguit agens ergo cū in intellcū ſit aliqđ ſimile materie ſcȝ intellcūs poſſibilis. ergo arguit agens. Notandū ē ſecūdo ꝙ potētia paſſiua ⁊ actiua ſic ſe aſpiciūt ꝙ quicquid eſt infra potentiā paſſiuā in fieri totū eſt infra potētiā actiuā in facere. et hoc q2 potētia actiua ⁊ paſſiua aſpiciūt ſe ſm̄ prius ⁊ poſteriꝰ. q2 potentia paſſiua nō ē talis niſi in relacōne ad actiuā vt declaratū eſt in. v. methaphiſice ⁊ q2 oē qđ ē infra ambitū poſterioris đȝ eē ſub aliquo mō cōtendi īfra ambitū prioris. iđ quicquid eſt īfra potētiā paſſiuā vt in fieri đȝ eē īfra actiuā vt in facere. ⁊ iđ phūs hoc cōſiderans dixit in lr̄a ꝙ ſic ē dare intellectū qui ē oīa fieri. eſt dare intellectū in quo eſt oīa facere. ¶ Deinde cū đt ¶ Et hic intellcūs. Poſtq̄ ꝓbauit ꝙ eſt dare intellcm̄ agentē ponit q̈tuor ꝯdicōes eiuſdē intellectus. Eſt aūt prima ꝯditio ꝙ ē ſeparabilis. ſecūda ꝙ ſit impaſſibilis. tercia ꝙ ſit immixtus. i. nō ꝯpoſitus ex naturis corporalibȝ neqȝ alligatꝰ organo corporali. ⁊ in his tribȝ ꝯditionibȝ ꝯuenit intellcūs agēs cū intellectu poſſibili. quarta autem ꝯditio eiuſdē intellectus eſt ꝙ ſit in actu ſm̄ ſuā ſubām in quo drt̄ a poſſibili q̄ ſm̄ ſuā ſubām eſt in potētia. ſit aūt in actu ꝑ intētiones intellectas ꝙ autē hec ꝯditiones ſint in intellectu agente patet talem rationem. ¶ Agens eſt honorabilius paciente. et principium actiuum eſt honorabilius materia. ſed intellectꝰ agēs comparatur ad poſſibilem ſicut agens ad materiam. ſicut declaratum eſt ergo intellectus agens eſt nobilior poſſibili. Si autem ita eſt tunc oportet ꝙ conditiones nobiles que ſunt in intellectu poſſibili. multo enim magis ſunt in agente et plures alias nobiliores· Sed intellc̄us possibilis est sepatꝰ impossibilis passione ꝓprie accepta ⁊ immixtus ergo multo magis intellectus agens hʒ has ꝯdiciones ⁊ vltra hoc hʒ ꝙ ſm suā subām sit in actu· qꝛ in hoc dr̄t agens a materia qꝛ agens est in actu materia aūt est in potētia· Nobilitas enī agētis respectu materie cognoscit̄ penes actū

¶ Ad euidentiā dcōꝝ quereret aliquis· vtꝝ intellc̄us possibilis necessario arguat agentē· videt̄ ꝙ nō· qꝛ ſm aristotilē que est ꝓportio ſſibilis ad ſſum eo ꝙ ſſibilia mouēt ea est ꝓportiō formaꝝ imaginataꝝ ad intellectionē in eo ꝙ forme imaginate mouēt et intellc̄us possibilis mouet̄ cū ergo vnaqueqʒ opatio posset ꝯpleri posito motore ⁊ moto· videt̄ ꝙ opatio intellectiua ꝯpleri possʒ ꝑ formā imaginatā ⁊ intellectū possibilē suꝑfluit ergo intellc̄us agens

¶ Ad oppositū sunt ista que dcā sunt in lr̄a ¶ Ad hāc qstionē dicēdū est ꝙ scd̄m dcīn phi necesse est ponere intellectū agentē· Restat aūt nobis soluē difficultatē iā factā contra hoc in arguendo in qua ꝓbabat̄ ꝙ ad itellectionē sufficit forma imaginata ⁊ intellc̄us possibilis ¶ Ad euidentiā huiꝰ solucōis notandū est ꝙ veꝝ est ꝙ ꝓportio intellc̄us materialis ad intētiones imaginatas ē sicut ꝓportio mobilis ad motorem· Intētiones tn̄ imaginate nō sufficiūt ad extrahendū intellectū materialē de potētia ad actū· et hoc qꝛ forme imaginate nō sunt mouētes nisi in potētia· Si igit̄ forme imaginate sufficerēt ad mouēdū intellectum possibilē· Nō ergo erat argutū scʒ ꝙ superflueret intellc̄us agēs· sed qꝛ nō sufficiūt ad mouendū requirit̄ intellc̄us agens qui largiat̄ formis imaginatis ꝙ possīt mouē intellectū in actu materialē· hoc aūt largiri nichil aliud est nisi facere eas intellectas in actu postq̄ erāt in potencia

Imaginabimur enī primo ꝙ eas in potētia vt in potētia est nō mouet· sed si dʒ mouē opʒ ꝙ reducat̄ ad actū· ex quo sequit̄ ꝙ intellectū i potētia nō moueat intellectū possibilē sed si debeat mouē opʒ ꝙ fiat intellectū in actū· cū ergo forma imaginata sit intellecta in potētia nō mouebit intellectū nisi fiat intellecta in actu· hoc aūt fit ꝑ intellectū agentē

¶ De motiuo autem quod ſunt quintum genus potentiarum non mouet queſtionem quia remanet manifeſtum ꝛc.

Sed de motu ſcdm locū

Procedit ad querendum et oſtendendum quid eſt principium motiuum in animalibus et duo facit. quia primo oſtendit quid non eſt tale principium. ſecundo oſtendit quid ē ibi Videtur autem hec duo mouentia. Prima in quatuor. quia primo oſtendit ꝙ tale principium non eſt vegetatiua potentia. ſecundo oſtendit ꝙ non ſit potentia ſenſitiua ibi. Similiter autem neqꝫ ſenſitiuum. tertio oſtendit ꝙ non eſt potentia intellectiua ibi. ¶ At vero. quarto oſtendit ꝙ non eſt appetitiua ibi. ¶ At vero neqꝫ appetitiuꝰ. Prima in duas ſcdm ꝙ adducit duas rationes ad hoc probandum. ſecunda ibi. ¶ Amplius et plante. Ponit ergo primam rationem et poteſt eſſe ratio talis vbi eſt potentia motiua poteſt eē motus alias potentia motiua eſſet ocioſa. ſed vbi eſt ſola vegetatiua ſine ſenſu et appetitu non poteſt eſſe motus ſm locū ergo ſola potentia vegetatiua nō ſufficit ad mouendū. maiorē ſupponit phus tanqꝫ notam. minorem autem que eſt ꝙ vbi eſt ſola vegetatiua nõ eſt motus ſm locũ ꝓbat phūs ſupponendo duo fundamenta. Primũ fundamentum eſt ꝙ omnis motus proceſſiuus ſemper animalium eſt ꝓpter aliquid quod eſt extra aial motũ et diſtans ab ipſo. et ideo opꝫ ꝙ in aiali moto ſit fantaſia vel ſenſus que apprehendat tale abſens qḋ eſt extra animal. ſit etiã appetitus qui appetit vnum tale abſens. Secundum fundamentũ eſt ꝙ vbi eſt ſola vegetatiua non eſt ſenſus neq; fantaſia neq; appetitus. et ideo ipſa ſola non mouet. hoc viſo pꝫ lr̃a que dicit ꝙ conſiderandum eſt quid eſt mouens animal ſm motum proceſſiuum. Manifeſtum eſt enim ꝙ tale mouens nõ eſt potentia vegetatiua cuius ratio eſt. quia hic motus proceſſiuus ſemper eſt propter aliquid et ideo hic motus arguit fantaſiam que apprehendit id aliquid ꝓpter quod eſt motus. arguit etiã appetitiuum qui appeteret illud aliquid nichil enim non appetens aut fugiens mouetur ſcꝫ motu ꝓceſſiuo niſi foret violenter hic deeſt alia portio expoſitionis. ¶ Deinde cũ dicit. Similiter autẽ neq; ſenſitiuũ. probato ꝙ vegetatiua nõ eſt potẽtia motiua. hic idem probat de potẽtia ſenſitiua. et duo facit. quia pͥmo ponit rationem ſuam. ſecũdo reſpondet cuidam obiectioni ibi. Si igitur. Ponit ergo pͥmo rationem ſuam. et pꝫ eſſe ratio ſua talis. Si potẽtia ſenſitiua inquantum talis eſt pͥncipium motus proceſſiui omnis potẽtia ſenſitiua eſt principium talis motus. quia quod conuenit alicui inquãtũ tale conuenit omni. ꝙ autẽ omnis potentia ſenſitiua ſit principium motus falſum eſt quia multa animalia ſentiunt et tamen ſunt immobilia et manentia in loco ſuo vſq; in finem vite ſue. ¶ Deinde cum dicit. Si ergo natura. rñdet cuidam obiectioni que poſſet fieri contra p̃dictam rationem. dictum eſt enim in predicta ratione ꝙ multa animalia ſentiunt et tamen non mouentur Ex quo ſequitur ꝙ potentia ſenſitiua non eſt potentia motiua. Contra hoc poſſet aliquis obuiare et dicere ꝙ priuatio motus proceſſiui nõ eſt propter defectum potentie motiue ſed propter defectum organorum ¶ Ad hoc reſpondet phūs cuiꝰ rõ eſt ꝙ ſi natura dediſſet potentiã motiuã talibꝫ animalibꝫ dediſſet etiã inſtrumẽta motus. aliter defeciſſet in neceſſarijs et feciſſet fruſtra potẽtiã motiuam qḋ eſt impoſſibile. hoc eſt ergo qḋ dicit lr̃a. ꝙ natura nichil facit fruſtra nec deficit i neceſſarijs. niſi fore in aialibꝫ orbatis et imꝑfectis ſic ſunt monſtra aialiũ. Si aut natura nichil facit fruſtra nec deficit in neceſſarijs. ſequitur ꝙ non poſuit fruſtra potentiam motiuam in hmõdi animalibus. poſuiſſet autem fruſtra niſi huiuſmodi animalia haberent inſtrumenta motus. Si ergo hec aialia imobilia haberent potẽtiã motiuã haberẽt etiã organa ꝓceſſi oris. huiuſmodi enim animalia non ſunt animalia orbata et imperfecta quaſi monſtra cuius ſignum eſt. quia generant ſibi ſimile et habent debitum augmentum et decrementum quod nõ eſt in aīalibus orbatis. Notandum eſt ꝙ animalia orbata ⁊ imperfecta hic vocantur monſtra in natura que accidunt ꝑter intentionē nature que monſtra nõ generant ſibi ſimile. talia enī monſtra aut peccāt in principalibꝫ mēbris. et tunc cito moriūtur aut peccant in membris nõ principalibꝫ. ſicut in manibus et pedibus ⁊ quū ſic eſt nõ generāt ſibi ſimile monſtro vt frequēter ſed magis ſimile ſpeciei. ¶ Deinde cum dicit. ¶ At vero. ꝓbat ꝙ intellectus nõ eſt potētia motiua et duo facit quia primo ponit ꝙ intellectus ſpeculatiuus nõ ſufficienter mouet. ſecundo hoc idem oſtendit de intellectu practico ibi. ¶ Amplius ⁊ ꝑcipiēte. Prima in duas quia primo oñdit ꝙ intellectus ſpeculatiuꝰ nõ mouet. ſecundo remouet quoddā dubiū ibi. Sed neqꝫ. Primo ergo ponit rationē ad ꝓbandū ꝙ intellectus ſpeculatiuus nõ mouet et ꝑt eſſe ratio talis. Si aliquis intellectus mouet tali motu iſte ſolus mouēt qui ſpeculat̄ agibilia. ſed intellectus ſpeculatiuus nõ ſpeculatur agibilia ergo intellectus ſpeculatiuus nõ mouet. Ratio ꝯñe patet quia motus ꝓgreſſiuus ſemꝑ eſt ꝓpter aliquod agibile ꝓſequēdum vel fugiendum et ideo iſte intellectus qui ſpeculatur agibilia debet mouere ſi aliquis intellectus mouet ⁊ hoc eſt quod dicit litera. ꝙ neqꝫ potentia rationatiua que vocatur intellectus eſt mouens cuius ratio eſt quia ſpeculatiuus intellectꝰ non ſpeculatur aliquid actuale. nec aliquid dicit de ꝓſequibili et fugibili. motus autē ſemꝑ eſt animalis aliquid ꝓſequētis vel fugientis. ¶ Deinde cum dicit. Sed neqꝫ. remouet quoddā dubium dicit enim ꝙ intellectus ſpeculatiuꝰ nõ ſpeculatur agibilia. poſſet ergo aliquis credere hoc eſſe vniuerſaliter verū ſcꝫ ꝙ nullo mõ ſpeculatur agibilia. et ſi ſpecularetur poſſet mouere tali motu. Utrumqꝫ horum remouet philoſophus dans intelligere ꝙ intellectus ſpeculatiuus aliquo modo poteſt ſpeculari agibilia. nõ tamen ꝓpter hoc ex ſpeculatione mouet et hoc eſt quod dicit litera. ꝙ neqꝫ cum intellectus ſpeculatiuus fuerit aliquid huiuſmodi ſcꝫ agibile in quo dat intelligere ꝙ ꝑt ſpeculari nõ ſtatim in tali ſpeculatione precipit intellectus ꝓſequi aut fugere et ſic talis ſpeculatio non ordinatur ad motum. multociens enim intellectus intelligit aliquid terribile nõ tū iubet timere aut deſiderare ſꝫ aliquando mouetur cor ad timendum abſqꝫ imperio intellectus. et ſi contingat ꝙ letum vel delectabile moueat appetitum aliqua alia pars mouetur a corde. ¶ Quereret aliquis quomodo intellectus ſpeculatiuꝰ poteſt ſpeculari agibilia ⁊ quomõ non precipit mouere. Dicendum enim eſt ꝙ practica et agibilia poſſunt cōſiderari duob⁹ modis· vno modo vt in eis ſaluatur ratio ſcibilis· ſecūdo modo vt in eis ſaluatur ratio agibilis· exempli grā· Timendū poteſt conſiderari duobus modis· vno modo vt habet rationem ſcibilis quia timor habet dr̄as ⁊ paſſiones que poſſunt probari de eo· et ſicut de timido ita dico de delectabili et leto· delectabilis enī ſunt ꝓprie paſſiōes que de eo ꝓbari pñt et ſic ꝯſiderari poteſt in ratione ſcibilis et intellect⁹ qui ſic ea conſiderat nō mouet q: talis conſideratio ordinatur ad ſciendū ⁊ nō ad mouendū· pt tñ eē ꝙ ad talem ꝯſiderationē ſequitur motus ꝑ accñs· vt ſi aliquis vellet ſciētaliter oſtēdere verum doctrinale ꝙ eſt in venereis aliqñ ſequitur motus ꝯcupiſcencie vel motus genitalium qui tñ nō ſequitur ꝓpter ꝯſiderationem intellectus: ſed quia promtas ad talem motū annexa eſt rei conſiderate et hoc eſt quod dicit lr̄a phi· ꝙ aliqñ intellectus nō iubꝫ mouere ſiue proſequi vel timere· et tamen cor vel alia ps mouetur ſcꝫ ꝑ accñs Secūdo modo pt ꝯſiderari iſta i ratione agibilium et non ſolum ſcibilium et hoc modo conſiderantur practice et ab intellectu practico et hoc eciam modo conſiderātur vt ordinata ad motum quia intellectus tunc iubet moueri puta ſi conſiderāt delectabile iubet proſequi· Si autē conſiderat nociuum iubet fugere et ſic patet ꝙ phūs verum dixit qñ dixit ꝙ intellectus ſpeculatiuus nō conſiderat agibilia et eā quādo dixit ꝙ conſiderat agibilia· Conſiderat enī agibilia ſpeculatiue et non practice

¶ Secundo quereret aliquis· quare philoſophus dixit in lr̄a ꝙ ſi delectabile mouet appetitum aliqua alia pars a corde mouetur· Dicendum eſt ꝙ hoc dixit ſm opinionem platonis poſuit enim plato ꝙ partes anime ſunt diſtincte ſubiecto et magnitudine ita ꝙ poſuit iraſcibilem in corde et ꝓpter hoc dixit philoſophus in littera ꝙ aliquando ad intellectum terminorum ſequitur motus cordis· Concupiſcibilem autem poſuit in aliqua alia parte corporis puta in epate· et ideo philoſophus ſequens hanc opinionem dixit in littera ꝙ quando delectabile mouet appetitum ſaltem concupiſcencie mouetur aliqua alia pars a corde

¶ Deinde cum dicit· Amplius et precipiente· probat ꝙ intellectus practicus non ſufficienter mouet

¶ Fundatur enim probatio ſua ſuper duas veritates· Prima veritas eſt ꝙ poſita ſufficienti cauſa ponitur effectus Ex qua veritate ſequitur ꝙ intellectus practicus non eſt ſufficiens cauſa motus· quia poſito intellectu practico ſequitur motus Secunda veritas ſuper qua fundatur philoſophus eſt ꝙ aliquando intellectus practicus precipit hoc eſſe faciendum vel non faciendum et tamen non ſequitur motus· quia homo non ſequitur iudiciū intellectus practicā. ſed magis ſequitur ↄcupiſcenciam que ↄtrariat iudicio huius intellcūs. ex quo ſequitˀ ꝙ intellectus practicus nō eſt ſufficiēs cā. hoc eſt ergo qđ dicit lr̄a. ꝙ aliqñ intelligitur .ſ. p̄ctico dñte vel p̄cipiēte aliquid fugere vel ꝓſequi nō mouetur ſcʒ homo ad iudiciū intellectus ſed magis agit ẜm ↄcupiſcencias que quidem ↄtrariātur iudicio intellectus. Exēplū in incōtinente. Incōtinens hʒ racionē et iudiciū rectū ſibi enim dictat ratio vel iudicium ꝙ non ſunt ꝓſequenda delectabilia vltra regulam rōnis ſed tamen hoc iudiciū nō ſequitur ſed magis concupiſcenciam que ↄtrariatur rōni recte Exemplū eciā eſt in infirmis medicis qui hñtes medicinā et ſciēciam ſanandi et nō ſanātur aliquando qꝛ non agunt in ſeipſis que p̄cipit ars. ſed magis ſequunt̄ deſiderium. ex quo ſequitur ꝙ agere ſcđm ſcienciam practicam magis ſit proprium alterius et nō ſciencie practice

¶ Quereret aliquis quó agere ẜ ſciēciā practicam eſt ꝓpriū alterius et nō ſciencie practice. ¶ Ad hoc dicendum eſt ꝙ de ratione ſciencie practice eſt ꝙ ſit regula alterius et nō ꝙ ſit regula ſuiipſius et ideo illius cuius eſt regula eſt agere ſcđm illam regulam. de ratione eñ ſciencie practice eſt ꝙ ſit regula appetitus vel operationis extra et ideo vel appetitus vel potencie opatiue ē agere ẜm ſcienciam practicam. Ymaginabimur eñ ꝙ ſicut ſe habet medicina ad regimen corporis ita ſe hʒ philoſophia vel ſciencia moralis ad opa moꝝ. ſicut ergo omnis operacō que introducit ſanitatem debet regulari ẜm regulam artis medicine ita omnis appetitus et omnis operatio moralis debet regulari ẜm ſcienciam moralem ſiue ẜm ſcienciam practicam quam dicimꝰ rectam rationem ſiue prudenciam.

¶ Deinde cum dicit. At vero neqꝫ appetitus Probat ꝙ appetitus non eſt cauſa ſufficiens motus et eſt ideo ſua ratio in breui talis. Si appetitus dominaretur in motu poſito appetitu poneretur et motus quod tamē falſum eſt. quia multi in motu ſuo nō ſequuntur rationem rectam. Videmus enim ꝙ continentes appetunt et concupiſcunt non tamen ſequuntur appetitum. ſed iudicium rationis. et hoc eſt quod dicit lr̄a. ꝙ neqꝫ appetitus eſt dñs huius motus qđ patʒ ex hoc qꝛ abſtinentes ſunt appetentes et concupiſcentes nō tamen operantur ea quorum habent appetitum ſed ſequuntur intellectū.

¶ Notandum eſt ꝙ philoſophꝰ in ratione precedenti non negat quin intellectus practicus ſit aliquo modo cauſa motus. ſed negat ꝙ eſt ſufficiens cauſa. quia ad ſufficientem cauſam vt oſtendetur infra concurrit intellectus practicus et appetitus ꝛc.

Videtur aũt hec duo mouẽcia

Poſtꝙ oñſum eſt quid nõ eſt potẽcia motiua. [illegible] pte iſta oñdit quid ẽ. et pmo oñdit qd eſt principiũ mouẽs. ſcđo oñditur ꝙ hoc principiũ mouẽs diuiſimode inuenitur in diuiſis ibi. Omo quidem Prima i duas q2 pmo oñdit quid ẽ principiũ mouẽs. ſcđo docet ordinẽ quo ꝯplet motus quo ad motores et mobilia ibi. Spẽ quidẽ igit. ¶ Ad euidẽciã primi notandũ eſt ꝙ intẽcio phi eſt ꝙ principiũ motus nõ eſt intellcũs practicus tm̄. nec eſt appetitus tm̄. ſꝫ ꝙ ambo cõcurrũt ita tñ ꝙ hec duo mouẽcia reducãtur ad vnũ ⁊ iõ phus tria facit q2 ponit primo ꝙ intellcũs practicus ⁊ appetitus ſunt principia mouencia. ſcđo hoc ꝓbat ibi. Intellectus aũt. tercio reducit hec duo principia ad vnũ ibi. Appetibile. Quãtũ ergo ad primũ dicit ꝙ duo videntur eſſe mouẽcia appetitus ⁊ intellectus. et hoc dico ſi quis poſuerit fantaſiã ſicut quãdã intelligenciã. i. ſi quis app̄hendẽrit ſub intellectu fantaſiam. et hoc eſt neceſſe quia multi homines p̄termiſſa ſciencia intellectus ſequũtur fantaſiã in ſuis motibus. ſicut qui nõ agũt ſm̃ rectã racionẽ. In alijs enĩ animalibꝫ ab homine nõ eſt rõ vel intellcũs qui poſſet oñdere finẽ motus ſed eſt ibi fantaſia. et ideo fantaſia eſt mouẽs que tamen fantaſia aliquo modo comp̄hendıtur ſub intellectu et ſic tantũ ſunt duo mouencia intellectus ⁊ appetitus. ¶ Quereret aliquis. quare philoſophus dixit ꝙ fantaſia debet comprehendi ſub intellectu. Dicendum eſt ꝙ ſicut dictum eſt ſupra. Motus proceſſiuus animaliũ ordinatur ad aſſequendum aliquod appetibile quod eſt extra animal et diſtans ab eo. Ad hoc autem ꝙ animalia moueantur ad eſſequendum hoc appetibile oportet ꝙ ipſum appetibile preoſtendatur in eis. preoſtenditur autem aliquando per intellectum practicum aliquando per fantaſiam et ideo aliquando ad motum concurrit intellectus preoſtendens appetibile. Aliquando autem concurrit fantaſia. non ſolum autẽ oportet ad cauſandum motum per quem motum animalia ſequuntur ſua appetibilia ꝙ preoſtendatur appetibile. ſed eciam oportet ꝙ animalia inclinentur in appetibile. que inclinatio eſt per appetitum ſenſitiuum. vel per appetitum intellectiuum et ſic ad motum concurrit appetitus. Si quis ergo nnmeret fãtaſiam contra intellectũ erunt tria mouencia ſcilicet fantaſia intellcũs et appetitus ¶ Si quis autem ſub intellectu comprehendat fantaſiam erunt tantum duo mouencia ſcilicet intellectus et appetitus ¶ Deinde cum dicit ¶ Intellectus autem. probat quod dixit ¶ Dixit enim ꝙ ad motũ ꝯcurrit intellectus p̄cticꝯ et appetitus et ideo hoc ꝓbat ꝗ tria facit. quia primo hoc probat de intellectu. secundo de appetitu ibi. Et appetitus ꝛc. tercio concludit conclusionem intentam ibi. Quare racionabiliter ¶ Probat ergo primo de intellectu ꝗ potest esse probacio sua talis. Iste intellectus concurrit ad causandū motus vel operationes hominis qui raciocinatur de motibꝫ et operationibꝫ vtrū scꝫ homines debeant moueri vel operari vel nō. sed intellectus practicus est huiusmodi quia in hoc differt practicus a speculatiuo quia raciocinatur de opationibus quod nō facit speculatiuus. ergo intellectus practicus concurrit ad causandum motū. hoc viso pꝫ lr̄a que sic continuetur ita dcm̄ est ꝙ intellectus practicus concurrit ad causandum motū actiuus racio est. quia hic intellectus qui et practicus est raciocinatur non ꝓpter raciocinari tantum. i. ꝓpter scire. sed ꝓpter aliquid scilicet operabile et hoc quia practicus differt a speculatiuo fine. Speculatiuus enim speculatur veritatem ꝓpter scire practicus autem speculatur veritatem ꝓpter operationem ¶ Quereret aliquis quomodo intellectꝰ practicus raciocinatur de motibꝫ et operationibus. Dicendū est ꝙ intellectus practicus ꝑostendit et ꝑapit operabile siue operari et moueri non ad oculū sed ex sillogismo. accipiens in sillogismo suo aliquam maiorem per se notam. sub qua maiori assumens minorē ꝯcludens esse opandū. Exempli gracia dicat intellectus practicus omne turpe est fugiendū. hec est maior. deinde assumit minorem dicens sed hoc est turpe scꝫ violatio alieni thori. deinde ꝯcludit ergo hoc est fugiendū et sic intellectus practicus ex sillogismo suo ꝑapit fugam aliquā. aliquā ꝑapit opari puta si dicat sic in maiori parentes sunt honorandi. deinde assumit minorē dicens sed hic est parēs ergo est honorandꝰ Sed nota ꝙ minor que assumitur sub maiori aliquādo male assumitur. quia appetitus corruptus vel vis concupiscencie non sunt bene assumpte qꝛ obnubilat racionem et tūc sequitur prauus modus et licet nō sit error in maiori. tamen est error in minori propter quem enim errorem omnis malus dicitur ignorans a philosopho in ethicis. Exemplum incontinens bene accipit hanc maiorem omne turpe est fugiendum sed violationem alieni thori non accipit vt turpe sicut debuit facere in minori sillogismi huius. sed accipit vt delectabile et vt cōsonū appetitui corrupte et ideo concludit esse faciendum et non fugiendum. ¶ Quereret aliquis quomodo differt intellectꝰ speculatiuus et intellectus practicus. Dicendum est enim ꝙ triplex differencia potest dari inter intellectum speculatiuum et intellectum practicum ¶ Prima enim differencia est ꝙ finis intellectus practici est extra ipsum ¶ Finis autem ſpeculati ei eſt in ipō. ¶ Ad cuius euidenciā intelligendū eſt ꝙ intellectus practicus dꝛ duobꝫ modis. vno eīm mō dꝛ intellcūs practicus factiuus qui ordinatur ad faciendū aliquid extra ⁊ huiꝰ finis ē vel opus opatū vel ipm opꝰ in ſe opꝰ opatū ſicut in artibꝫ factiuis q̄ relinquūt aliqd opatū extra qualis eſt ars fabricandi. Faber eīm nō intēdit fabricare ꝓpter fabricare ſed ꝓpter gladiū vel ꝓpter pecūias. Opus āt et agere eſt finis in illis artibꝫ q̄ non relinquūt aliquid opatū ſicut pꝫ in arte muſicali in qua cantus et melos eſt vltimus finis qd exercetur in agere. Alio mō dꝛ intellcūs practicus intellcūs actiuꝰ. cuius finis eſt regulatio appetitus ſiue cuiꝰ finis eſt opatio ꝑfecta ſm hāc virtutē vel illā ⁊ ſic pꝫ ꝙ finis intellcūs practici eſt extra ipm qꝫ oīs intellectus practicus vel eſt ꝓpter opus opatū vel eſt ꝓpter opꝰ in ſe vel eſt ꝓpter ꝑfectionē appetitus ſiue ꝓpter opationē factā ſm hāc virtutem vel illā. Finis aūt intellcūs ſpeculatiui eſt in ipō ⁊ nō ex ipm. Querit eīm intellcūs ſpeculatiuꝰ ſpeculari ꝓpter ꝑfectionē ſui vt ſcꝫ ꝑficiat ſcienciis. Intellcūs aūt practicus ꝓtēſus eſt ad aliquid extra qꝛ q̄rit ſpeculationē nō ꝓpter ꝑfectionē ſui. ſed ꝓpter ꝑfectionē alterius Secūda dr̄a eſt qꝛ intellcūs nr̄ ſpeculatiuꝰ cauſat a rebꝫ q̄ ei ſubiciūt et ideo iſte intellcūs dꝛ menſurari a rebꝫ. Intellcūs aūt practicus dꝛ cauſa rei que ſubiicitur ⁊ iō dꝛ menſura rei. Tercia dr̄a aͦ aliquibꝰ datur ꝙ forma que eſt in intellcū ſpeculatiuo vocatur forma abſtractiōis qꝛ intellcūs ſpeculatiuus vt ſic abſtrahit ab eſſe in effectu nec eā ꝯparat intellcūs ad opationē effectualē forma aūt que eſt in intellcū practico vocat forma ꝯpoſitiōis eo ꝙ intellectus practicus formā q̄ eſt in ꝯceptu querit ponere i effcū ⁊ ſuo mō intēdit eā ꝯponere cū ope vel opato ¶ Deinde cū dt. Appetitus. ꝓbat ꝙ intellcūs practicus concurrit ad cauſandū motū. hec idē ꝓbat de appetitu ⁊ ꝑt ēe ꝓbatio ſua talis i breui. Illa potēcia que eſt ꝓpter finē opationis ⁊ appetit finē motus vel opationis vniri mobili vel opanti cōcurrit ad cauſandū motū talis autē eſt appetitus. Omnis eīm appetitus eſt ꝓpter aliquid. i. ꝓpter aliquē finē vel appetibile ꝯn̄dū vel viuēdū et hec appetibile cuiꝰ eſt appetitus ſiue finis eſt pncipiū intellcūs practici ſillogiſmi practici. Vltimū aūt in ſillogiſmo practico eſt principiū actionis. i. eſt id a quo incipit opacō practica ¶ Deīn cū dt. Quare rōnabiliter. Cōcludit rationē intellectiuā dicēs ꝙ ex quo intellcūs practicus ⁊ appetitus ꝯcurrūt ad cauſandū motū rōnabiliter accidit ꝙ intelligencia practica ⁊ appetitus ſūt duo mouencia. Notandū eſt ꝙ appetitus nō appetit ꝓpter appetere ſꝫ ꝓpter appetibile cui deſiderat vniri ⁊ qꝛ vniri nō poteſt appetibili niſi mediante motu vel opatiōe eo ꝙ appetibile est distans ab eo iō appetitus apprehēdo appetibile p se ⁊ p̄mo p accñs appetit motū ⁊ opationē p quā vniat appetibili. apprehēdo autē motū et opationē imperat organis et instrumētis vt moueātur ⁊ opētur et p ꝯñs ꝯcurrit ad motū. et iō bñ dixit phūs ꝙ ois appetitus ē ꝓpter aliquid. ⁊ iō est causa motus. q. d. ꝙ appetitus inclinat in aliqd ⁊ appetit id vniri ⁊ qꝛ appetit vniri imperat motum mediāte quo fiat vnio.

¶ Quereret aliquis quō est verū qd dicit phūs scꝫ ꝙ appetibile et finis cui9 est appetitus est principiū sillogismi practici. Dicendū est ꝙ intellectus practicus duobꝫ modis concurrit ad causandū motū. primo mō ostēdendo appetibile qd est finis motus ⁊ ꝓpter qd ipm aial mouet ipsi appetibili. scdo mō ꝯcurrit intellectus practicus ad causandū motū qꝛ postq̄ appetit9 appetit vniri appetibili p̄ostēso. intellectus practic9 sillogisando et deliberando querit vias ⁊ modos p quas posset appetit9 vniri appetibili. Inuētis aūt modis et vijs imperat operari vel moueri. Ex quibus pꝫ ꝙ intellectus practicus in ratiocināndo ⁊ sillogisando supponit appetibile sup cui9 suppositiōe fundat totū sillogismū suū ⁊ sic appetibile est p̄ncipiū sillogismi practici ita ꝙ eodē mō se hñt fines ⁊ appetibilia in practicis. sicut p̄ncipia p̄ma in speculatiuis. sic in speculatiuis ex suppositione p̄ncipiorꝫ querim9 ꝯclusiones ita in practicis ex suppositiōe finis querim9 ea q̄ sunt ad finē. ⁊ eciam ex fine ꝯcludim9 ea q̄ sunt ad finē dicēdo finis est talis ergo ea q̄ sunt ad finē debent eē talia

¶ Secūdo q̄rreret aliquis quō est verū qd dicit phūs in lr̄a ꝙ vltimū intellectus practici est principiū actionis. Ad hoc dicendū est ꝙ sicut dcm̄ est in p̄cedenti q̄stione intellectus practic9 p̄mo intelligit finē opacōis vel mot9 postea q̄ sunt ad finē ip̄e finis qui fuit in ꝯceptu posset fieri in effectu et a talibꝫ q̄ sunt ad finē incipit operari vt p eā opationē introducatur finis intētus ex quibꝫ pꝫ ꝙ finis est id qd p̄mo intēditur sed vltimo introducatur et sic finis est primo intētionis ⁊ vltimo operationis Ea aūt que sunt ad finē vltimo intēdūtur qꝛ nō intēdūtur nisi ꝓpter finē introducendū. Sed tamen qꝛ ab eis incipit opatio p quā intēdim9 assequi finē iō sequit ꝙ illud qd est ad finē ita est vltimū intētionis qd ē p̄ncipiū opacōis ⁊ hoc est qd dixit phūs in lr̄a ꝙ vltimū scꝫ qd intēditur ab intellectu practico est principiū operationis vel actiōis. i. illud a quo incipit esse actio. Ymaginabimur ergo ꝙ sillogism9 practicus volēs introducere finē opacōis ꝓcedit mō resolutorio in qua resolucōe deuenit vsqꝫ ad vltimum a quo vltimo incipit operari. exempli grā. Artifex intēdit domū tanq̄ finē tūc incipit resoluere nō pt̄ fieri domus nisi habeantur lateres. lateres hr̄e nō possunt nisi toquātur vel aliquid huiuſmodi ⁊ ſic reſoluit ad aliquid a quo incipit operari

Appetibile enim Poſtꝗ̄ oñdit ꝙ ſūt duo principia ſcȝ intellectus et appetitus hic hec duo principia reducit ad vnum ⁊ quatuor facit. quia primo facit qđ dictū eſt. ſecūdo ex eo qđ oñſum eſt aſſignat cām cuiuſdā accñtis circa ſillogiſmū practicū ibi. Intellectus quidē igitur tercio improbat diuiſionē potēciarum quā antiqui ponebant ibi. Diuidentibꝫ autē. quarto ſoluit quandā obiectionē ſupius factā ibi. Qui autē appetitus. Circa pͥmū duo facit. quia primo ponit intentū ſuū. ſecūdo probat ibi. Si enī duo. Primo ergo ponit intentū ſuū ꝙ licet intellcūs et appetitus ſunt duo mouencia tñ reducūtur in vnū Reducūtur enim in appetibile. Appetibile enī mouet appetitū. Appetitus autē motus ꝑcipit intellectui practico vt racionetur de motibꝫ et opationibꝫ ꝑ quas appetitus ꝯſequatur appetibile. et ſic pȝ ꝙ appetibile ē primū mouens in quod mouens reducūtur duo mouencia ſcȝ tam intellectus ꝗ̄ appetitus. et hoc eſt quod dicit lr̄a. ꝙ appetibile mouet. et ꝓpter hoc ſcȝ appetibile mouet intelligencia Ipſum enī appetibile eſt principiū ſupͣ. mouens appetitū. appetitus autē motus mouet intellectū et ſic appetitꝰ et intellcūs reducūtur in appetibile In idē etiā reducatur fantaſia ⁊ appetitus. et hoc eſt quod ſubditur. ꝙ fantaſia nō mouet ſine appetitu Appetitus autem ſimple nō mouet ſine appetibili. et ſic eſt tantum vnū mouens ſcȝ appetibile ¶ Deinde cum dicit. Si enī duo intellectus ⁊ appetitus. ꝓbat ꝙ dixit. Dixit enim ꝙ intellectus et appetitus reducūtur in appetibile. Fundatur enī ꝓbatio ſua ſup duo fundamenta. Primum eſt ꝙ duo mouencia nō ꝯcurrūt ad vnū motū niſi inq̄ntū hñt rationem vnius ita ꝙ vnū mouens reducatur ad aliud. Ratio huius fundamenti pȝ quia vnius effectus ⁊ vnius motus eſt vna cauſa propria vel ſi ſint due cauſe opȝ ꝙ ſortiātur rationem vnꝰ alias nō eſſet ꝓporcio inter effectū et cauſam. et ex hoc fundamento ſequitur ꝙ ſi intellcūs ſunt duo mouēcia opȝ ꝙ ſortiātur racionē vnius. hoc autē eſt vel quia intellcūs reducatur in appetitū vel econuerſo ſcȝ appetitus reducatur in intellectum. Secūdū fundamentū eſt ꝙ magis intellcūs reducatur in appetitū ꝗ̄ econuerſo. intellcūs enī nō mouet niſi determinetur ꝑ appetitū. appetitus enī inclinatur in appetibile et appetit ſibi vniri. Appetens autem ſic vniri impat intellectum vt querat media per que poſſit vniri.

¶ Quantum ad primum fundamentum dicit philoſophus ꝙ ſi appetitus et intellectus mouebāt. i. erant duo mouēcia neceſſe eſt ꝙ mouerēt ſm aliquam ſpeciem ꝯēm. ita ꝙ vel intellectus mouet ſub ſpē appetitꝰ vel econuerſo·appetitus ſub ſpecie intellcũs·¶ Quãtũ ad ſecũdũ fundamentũ dt ꝙ intellcũs nõ mouet ſine appetitu·ꝙ pꝫ qꝛ intellcũs determinatur a voluntate·volũtas aũt eſt appetitus rationalis·¶ Cũ eñ quis mouetur ſm̃ rationẽ mouet̃ ſm̃ voluntatẽ·Appetit⁹ tñ ſẽſitiu⁹ aliqñ mouet̃ p̄ter rãonẽ· Cõcupiſcẽcia eñ eſt quedã appetitus quẽ ſcʒ ſequit̃ incõtinẽs ſequẽdo aũt deuiat a rõne ¶ Quereret aliquis vtrũ intellectus iſte ducatur in appetitũ ſic dixit phũs ita ꝙ moueat ſub ſpẽ ei⁹ Dicendũ eſt ꝙ ſic·rationẽ autẽ huius aſſignat phũs·vij·methaphiſice vbi dicit ꝙ intellcũs ſiue ſciencia practica ſe hʒ ad oppoſita·Si aũt ſe hʒ ad oppoſita nõ p̄t magis mouere ad vnũ oppoſitoꝝ ꝙ̃ ad aliud niſi determinet̃ hec aũt determinatio fit ꝑ appetitũ·Ymaginabimur ergo ꝙ intellectus practicus in operacõe ſua q̄rit introducere debitũ finẽ ꝑ debita media·ꝙ aũt plus querit introducere hũc finẽ ꝙ̃ aliũ·hoc eſt qꝛ pl⁹ appetit vniri huic fini ꝙ̃ alteri ppter quẽ finem plus inclinat̃ intellectus practicus ad querendũ hec media ꝙ̃ alia·et ſic pꝫ ꝙ operatio intellectus practici ſupponit appetitũ·appetit⁹ autem ſupponit appetibile a quo mouet̃ et ſic totũ reducit̃ in appetibile·Intelligendũ eſt tñ ꝙ ſm̃ vnũ modũ appetitus ſupponit intellectũ quia appetitus inclinat̃ in appetibile p̄oſtenſum ab intellectu· et ſm̃ aliũ motũ intellectus ſupponit appetitũ·Intellcũs eñ practicus querens ea que ſunt ad finẽ ꝑ que poſſit introduci finis in effectu ſupponit appetitũ finis·ideo eñ magis querit hec ꝙ̃ illa·quia magis appetit finem ꝙ̃ illum·¶ Deinde cum dicit·Intellectus autẽ·Ex premiſſis oſtendit rationem cuiuſdã accidentis qđ accidit in operationibꝫ nr̃is quia aliqñ erram⁹ in operando vel eligendo·cauſa autẽ hui⁹ erroris nõ ẽ intellectus principioꝝ qui ſemꝑ eſt rect⁹ ſed fantaſia vel appetitus qui aliqñ eſt rectus ⁊ aliqñ nõ·⁊ hoc ẽ qđ dt lr̃a ꝙ intellcũs oĩum principioꝝ ſcʒ ſemꝑ eſt rectus·nõ ſic aũt de fantaſia·qꝛ aliqñ fantaſia eſt recta et aliqñ nõ·et [illegible] mõ appetitus aliqñ eſt rectus ⁊ aliqñ nõ·Ratio aũt hui⁹ eſt ꝙ appetibile mouet appetitum hoc autem appetibile ꝙ mouet appetitum aliquando eſt vere bonum quando ſcilicet appetitus ſequitur iudicium rectum· et tunc appetitus eſt rectus·Aliquãdo autem eſt apparens bonum et non verum quando ſcilicet appetitus appetit aliqđ qđ obuiat rationi recte· et tunc appetitus non eſt rectus Ymaginabimur enim ꝙ illud bonum qđ mouet appetitũ vt proſequatur vel fugiat non eſt omne bonũ ſed eſt bonum accidentale id eſt agibile ꝑ nos tale autem bonum eſt bonum contingens quod contingit aliter ſe habere et ideo aliquando illud qđ appetitur eſt rectum ⁊ aliquando non ¶ Concludit autẽ phũs ꝙ huiuſmodi potencia que mouet est appetitus. ¶ Quereret aliquis vtrum intellectus practicus semꝑ est rectus. Dicendū est ꝙ sic. ¶ Ad cuiꝰ euidenciā ponenda sunt duo fundamenta. Primū fundamentū est ꝙ ois intellectus practicus versat circa quedā principia ex quibꝫ suppositis et intellectis rōcinatur de ꝯclusionibꝫ. et querit ꝯclusiones practicas: hoc patꝫ tā in intellcū actiuo ꝙ̄ in intellcū factiuo. Intellcūs actiuꝰ autē qui est regula actionū moraliū hꝫ q̄dā ꝑncipia sic venerādū eē verēdū pn̄tes eē honorandos iustū est ꝓsequēdū Ex hijs principijs eliciat ꝯclusiones dicendo sic. Iustū est ꝓsequēdū et hoc est iustū ergo est ꝓsequendū. Intellectus eciā practicus qui dr̄ factiuus hꝫ sua principia eo mō quo dicimus ꝙ vnū principiū est ꝙ in edificijs grauia ponātur infra ⁊ leuia supra ⁊ similia. Ex quibꝫ ꝑncipijs intellectus factiuꝰ eliciat ꝯclusiones Secundū fundamentū est ꝙ principia sunt manifestissima in se ⁊ ideo circa ea nō erratur. Sunt eīn principia sicut ianua in domo vt sicut ianua in domo statim se offert volenti intrare domū ita sciencia in ꝑncipijs siue sint speculatiue siue sint practice statim ꝓpter suā manifestationē offerunt se volenti acquirere scienciā et ideo ꝓpter maximā manifestationē taliū principioꝝ intellcūs nec factiuꝰ nec actiuꝰ errat circa talia principia ⁊ hoc est qđ dt̄ phūs in lr̄a. ꝙ intellectus semꝑ est rectus ītelligens ꝑ intellectū potēciā practicā habituatā habitu primoꝝ ꝑncipioꝝ siue illa principia sint principia intellectus actiui siue sint principia intellcūs passiui. ¶ Secundo quereret aliquis vtrum ꝓpter intellectū nō rectū vel fantasiā non rectā aliquādo nō sit rectitudo in sillogizādo vel in operatione practica. Dicendū ē ꝙ sic. cuius rō est. q: licet intellectus practicus nō erret circa prima principia. tn̄ errat aliqn̄ in raciocinādo q: nō bene assumit minor sub primis principijs. Si eīn intellectus practicus dicat sic in maiori omne bonū est ꝓsequendū hic nullꝰ error est q: veritas huiꝰ ꝓpositiōis manifesta est de se. Si autē sic assumat in minori hoc est bonū. hic potest esse error quia aliquādo bonum ꝑticulare videtur nobis bonū quod non est bonū et sic in minori aliquādo est error. hanc autem maiorem aliquando subministrat appetitus corruptus. qui facit videri bonum quod non est bonum vel rectum. qđ non est rectum quia appetitus corruptus corrumpit estimationem. ¶ Subministrando autem talem minorem facit non rectitudinem in sillogismo vel eciam in operatione. ⁊ si aliquis habens appetitum corruptum sillogizet sic Omne bonum est prosequendum hoc est bonum ergo est prosequendum. Appetitus corruptus corrumpens existimationem facit videri bonum quod non est bonum. et ideo assumeus philosophus in minori ⁊ dicens hoc eſt bonū aſſumitur exiſtimatū bonū ꝓ vero bono Et ſicut appetitus corruptus facit videri bonū qđ nō eſt bonū ita ſimiliter fantaſia·et ideo bene dixit phūs in lr̄a ꝙ appetitus eſt rectus et nō rectus et fantaſia eſt recta et non recta·quia ex appetitu et fantaſia aliquando ſequitur nō rectitudo in operatione ¶ Deinde cum dicit·Diuidentibus autē·Excludit diuiſionē illorum qui diuidebant animā vel potēcias anime ꝑ rationabile ꝯcupiſcibile et iraſcibile et eſt ſentēcia ſua ꝙ diuiſio eoꝝ eſt inſufficiens q: infra diuiſionem iſtam nō ꝯprehenduntur oīes ꝑtes anime· Inſufficiens eſt etiā quia facit mencionem de ꝑtibus que minus differunt omittens partes anime que magis differunt ergo eſt ⁊c·ꝙ dicit lr̄a·ꝙ diuidentibꝫ ꝑtes anime in rationalē ꝯcupiſcibilem et iraſcibilem· Dicendū eſt ꝙ ſi intendat diuidere et ſepare ꝑtes anime ſ͠m potēcias multe alie ſunt ꝑtes anime que magis differunt q̄ꝫ predicte· Vegetabile eīm ſ͠ſibile et intellectiuū et ꝯſiliatiuū et appetitiuū ſunt ꝑtes anime que abinuicem dr̄ūt plus q̄ꝫ ꝯcupiſcibile et iraſcibile ¶ Notandū eſt ꝙ phūs diuidit ꝯſiliatiuū ꝯtra intellectū non ſicut potenciam ꝯtra potenciam· Eadem enim potencia que eſt intellectiua ē ꝯſiliatiua· ſed racō huiꝰ diuiſionis eſt·quia potencia intellectiua eſt reſpectu neceſſarioꝝ et ſic nō dicit ꝯſiliatiua nullus eīm de neceſſarijs ꝯſiliatur· Eſt etiā reſpectu ꝯtingenciū futuroꝝ et ſic hec potēcia dicitur cōſiliatiua et qui ꝯſiliatur de ꝯtingentibus ꝯſiliatur· Et ſic ymaginabimur ꝙ eadem potencia intellectiua reſpectu neceſſarioꝝ dicitur ſcientifica reſpectu autē ꝯtingenciū dicitur ꝯſiliatiua ¶ Deinde cū dicit· Nō autē et appetitus· ſoluit quandam obiectionem ſuperius factam probatur enim ſupra ꝙ appetitus nō mouebat quia contingētes non ſequebantur appetitum ſed iudicium rationis ¶ Et quia philoſophus iam determinauit ꝙ appetitus mouet· ideo hoc argumentum ſoluit et eſt ſolucio ſua talis ꝙ licet contingētes non ſequantur appetitum ſenſitiuū tamen ſequuntur appetitum intellectiuum qui ſequitur iudicium rationis et ſic eos mouet appetitus intellectiuus· hoc viſo patet lr̄a que dicit ꝙ appetitus fuerit contrarij adinuicem quia appetitus ſenſitiuus contrariatur intellectiuo· Hoc autem id eſt hec contrarietas accidit cum racio id eſt iudicium racionis contrariatur concupiſcencie id eſt appetitui ſenſitiuo· hec autem cōtrarietas accidit non in omnibꝰ animalibus· ſed in hominibus habentibus ſenſum temporis id eſt qui cognoſcunt differencias temporis· ita ꝙ non ſolum reſpiciunt preſens ſed etiam futurum· In hominibus eīm intellectus aliquando iubet retrahere ab aliquo delectabili propter futurum id eſt ꝓpter conſiderationem ſubtrí. ſicut febricitanti videbitur eſſe abſtinendū a vino ne febris increſcat. Concupiſcentia autē concitat ad accipiendū aliquid delectabile ꝓpter ipſū iam .i. ꝓpter ipſum p̄ſens nō ꝯſiderans futurū. videtur enī ſibi ſcʒ ꝯcupiſcēti ꝙ illud quod eſt in p̄ſenti ſit delectabile ſimpliciter ſit delectabile ⁊ ſimpliciter bonū et hoc q: nō ꝯſiderat futurū Notandū eſt ꝙ ſentētia phi de ꝯtrarietate appetituū fūdetur ſup duas veritates Prima veritas eſt ꝙ de ratione intellectus eſt ꝙ habeat ſm̄ ſum temporis .i. ꝙ cognoſcat omnes drās tempis ita ꝙ poſſit ꝯferre vnā drām ad aliam ex qua collacōne ſequitur ꝙ aliqñ iubet ꝓſequi ꝓpter futurū ⁊ aliqñ iubet fugere. Secūda veritas ē ꝙ appetitus ſenſitiu9 ſolū inclinat in delectabile p̄ſens Ex his autem duabʒ veritatibʒ ſequitur ꝙ ſit contrarietas in appetibilibʒ. Appetit9 enī intellectualis qui ſequitur iudiciū rationis aliqñ iubet retrahere ab aliquo ꝓpter futurū. Illud aūt idē iubet ꝯcupiſcentia ꝓſequi ꝓpter p̄ſens Notandū eſt ꝙ in lr̄a videtur facere drām inter bonū vt nūc ⁊ bonū ſimpliciter. Ratio autē hui9 drē p̄t eſſe talis q: bonū ſimpliciter eſt qd eſt ſemp bonū .i. ſm omnem drāʒ tempis ita ꝙ ſimpliciter eē ſit ſemper eſſe. bonū autē vt nūc eſt ꝙ principaliter aſpiciat ſenſum ita ꝙ nō eſt bonū niſi in p̄ſenti et nō ſm omnem differentiā temporis. Alio modo p̄t vocari ſimpliciter bonū quod eſt vbiqʒ bonū ita ꝙ ſimpliciter eſt vbiqʒ eſſe et ſic bonum vt nunc vocatur ꝙ non eſt vbiqʒ bonum ſed in caſu eſt bonum. ſicut non reddere depoſitum puta gladium in caſu eſt bonum. quando ſcilicet ille cui debet reddi factus eſt furioſus et ſic ex his patet ꝙ ſimpliciter bonum denotat vniuerſalitatem temporis aliquando autem denotat vniuerſalitatem loci et ꝙ ſm vtrumqʒ modum bonum vt nunc opponitur ſimpliciter

Specie quidem igitur bonum

Poſtꝙ̄ philoſophus determinauit de principio motus progreſſiui ¶ In parte iſta agit de ordine huius motus. et tria facit. et primo oſtendit quomodo mouentia ſcdm hunc modum poſſunt dici vnum et plura. ſecundo oſtendit quomodo hec tria ordinantur ad inuicem ibi. Quoniam autem tria ſunt. tertio ſummarie determinat de inſtrumento vel organo quod requiritur ad motum progreſſiuum ibi Nunc autem vt in ſumma. Primo ergo oſtendit ꝙ mouentia poſſunt dici vnum et plura et eſt ſententia ſua talis ꝙ mouentia ſcdm ꝙ reducuntur in appetibile ſunt vnum ita ꝙ quodammodo ſunt vnum inquantum induunt formalitatem vni9 ſcʒ appetibile materialiter āt ſūt plura et hoc ē qđ dicit lr̄a ſcȝ ꝙ ſi mouēcia ꝯſiderentur formaliter ⁊ ſm̄ ſpeciē inq̄ntū induūt formalitatē et ſpeciē vnius. mouens erit vnū ſcȝ appetibile vel appetitiuū ita ꝙ primū mouens eſt ip̄m appetibile mouet eīm appetibile vt imaginatū eſt in itellectu et ita mouet ꝙ nō mouet. Mouencia aūt vt ꝯſiderantur materialiter ſunt nūo plura ¶ Quereret aliquis vtrū mouencia in motu progreſſiuo ſm̄ ſpeciē ꝯſiderata ſunt vnū Dicendū eſt ꝙ ſic ¶ Ad cui9 euidenciā notandū eſt ꝙ in cauſis ē duplex ordo accn̄talis et eēncialis. Ordo accn̄talis vocat̄ ꝑ quē accidit ſcd̄o ꝙ ip̄ȝ p̄ceſſerit p̄mū ſic accidit petro ꝙ eū p̄ceſſerit martinus. ⁊ in talibȝ cauſis ſecūdū nō mouet virtute p̄mi. nec induit in mouēdo ſpeciem et formalitatē eius. et p ꝯñs mouēcia ſic ordinata ſcȝ p accn̄s nō pn̄t dici vnū ſm̄ formā et ſpeciem quia ſecūdū vt dictū eſt nō induit formā et ſpeciē prioris. Alius eſt ordo i cauſis eſſencialibus. vocat̄ aūt ordo eēncialis. q2 ſecūda eſſencialiter dependȝ a primis nec mouet niſi in virtute eaꝝ ideo nō mouent niſi inq̄ntum induūt ſpeciē et formalitatē ipſaꝝ et q2 in eēncialiter ordinatis oīa ſecūdaria reducūtur ad vnū p̄mū ſequitur ꝙ in mouēdo induūt ſpeciē vnius primi et p ꝯñs inq̄ntum mouent ſunt vnū ſm̄ ſpeciem ſicut eſt in ꝓpoſito. animal eīm qđ mouetur ⁊ appetibile ſunt eſſencialiter ſubordinata anima eīm mouetur ab appetitu appetitus aūt ordine eēnciali mouetur ab appetibili ex quo ſequit̄ ꝙ appetitus et appetibile ſunt eēncialiter ſubordinata. Aial eīm mouet̄ ab appetitu. Appetitus aūt ordine eēnciali mouet̄ ab appetibili ex quo ſequit̄ ꝙ appetitus ⁊ appetibile ſūt duo mouēcia materialiter loquendo Sūt aūt vnū mouēs inq̄ntū appetitus induit ſpeciē appetibilis ¶ Secūdo q̄reret aliq̄s vtrū hic ordo eēncialis qui eſt in cauſis ſit vni9 racōnis tm̄ an ſit duaꝝ racionū. Dicendū eſt ꝙ hic ordo eēncialis reperit̄ in vno genere cauſaꝝ puta in efficiēte tm̄ et in finali tm̄ vel in formali tm̄ vel in materiali tm̄. In efficiēte tm̄ eo mō quo dicim9 ꝙ ordo eēncialis ē in cauſis efficiētibȝ ⁊ mouētibȝ. q2 ſecūdaria nō efficiūt neqȝ mouēt niſi i virtute p̄moꝝ. et de hoc ordine eēnciali dcm̄ eſt in .ij. methaphiſice. vbi ꝓbatū eſt ꝙ in cauſis efficiētib9 eſt dare vnū primū. ordo aūt eēncialis eſt in fine. Iſto eīm mō dicimus ꝙ ea q̄ ſunt ad finē nō mouent niſi in virtute finis. ſicut pocio non mouet niſi in virtute fundamēti ſanitatis ad quam ordinatur. et virtus que ordinatur ad felicitatem non mouet niſi in virtute felicitatis. et in tali ordine eſſenciali manifeſtum eſt ꝙ plura ſunt vnum ſcd̄m ſpeciem: q2 ea que ſunt ad finem. licet enim ſint plura in re tamen ſunt vnum inquantum induant ſpeciem finis

¶ Ordo eciam eſſencialis eſt in forma tantum. eo modo quo dicimus ꝙ eſſenciali ordine viuere ſuppoñit eſſe et de hoc eſſenciali ordine loquntur cõmentator ſup̄ p̄ma ꝓpoſitione de cauſis exemplificans de eſſe viuo ⁊ homine. Eſſe enĩ ſcḋm eũ ſuppoñitur ab homine. et ideo eẽ eſt vehemẽtius cauſa ꝙ̄ viuũ ⁊ homo ⁊ viuũ nõ hñt rationẽ cauſandi niſi induāt rationem ipſius eſſe ⁊ in talibꝫ manifeſtũ eſt ꝙ omnia ſecundaria ſunt vnũ ſcḋm ſpeciem inq̃tum ſcꝫ induũt ſpeciem vnius hic etiã ordo eſſencialis eſt in materia. Materia enĩ eſt ens in potẽcia ſecundaria autẽ que recipiũt opꝫ ꝙ induāt virtutẽ p̄mi receptiui ſcꝫ entis i potẽcia vt ſicut om̄es forme reducũtur ad primam formalitatẽ cuiꝰ ſpeciẽ induũt ⁊ ſic pꝫ ꝙ iſte ordo eẽnalis p̄t reperiri in vno genere cauſe ſiue illud genꝰ ſit efficiens ſiue ſit finis ſiue ſit forma ſiue ſit materia. p̄t reperiri in vno genere cauſe in reſpectu ad aliud genus. Iſto enĩ modo dicimꝰ ꝙ genera cauſarꝫ ſunt eſſencialiter ſubordinata. Materia enĩ eſſenciali ordine dependet a forma ſicut ens in potencia dependet ab actu. Forma autem eſſenciali ordine dependet ab efficiente qꝛ ꝙ materia ſit ſub forma ⁊ ſub eſſe hoc eſt ꝑ virtutẽ efficientis. Efficiens autẽ eſſenciali ordine ſupponit finem quia efficiens motũ a fine introducat formã in materiã. Finis autẽ nullã aliam cauſam ſupponit qꝛ ip̄e eſt cauſa cauſarꝫ ⁊ de hoc ordine eſſenciali dixit phūs in littera qñ dixit ꝙ om̄ia mouencia mota ꝓgreſſiuo reducuntur ad appetibile. Appetibile enĩ mouet ſicut deſideratũ et amatũ et ꝑ cõñs mouet ſub ratione finis et ſic appetibile in tali ordine motus eſt cauſa cauſarum. et hoc eſt qḋ dicit phūs in lr̄a ꝙ appetibile mouet et nõ mouetur. Ad q̄ſtionem ergo qñ queritur vtrꝫ ordo eſſencialis ſit vniꝰ rationis vel duarum. Dicendũ eſt ergo ꝙ ordo eſſencialis inq̃tum diuiditur cõtra ordinem accidentalẽ dicit vnã rationem que ratio tñ ſubdiuiditur vt dictũ eſt qꝛ hec ratio p̄t reperiri in vno genere cauſe nõ cooperando ad aliud genus. p̄t etiam reperiri in vno genere cauſe in cõparatione ad aliud. Deinde cum dicit Qm̄ autẽ tria aſſignat ordinem motus. Eſt autẽ hic ordo ꝙ mouens mediante organo motꝰ mouet animal quod mouetur ita ꝙ tria ſunt in motu. Mouens ⁊ mobile et inſtrumentũ mediante quo fit motus ſicut eſt pes et ala. hoc ẽ ergo quod dicit lr̄a que primo ponit hec tria dicens ꝙ tria ſunt in motu vnũ quidem et primũ eſt mouens. ſecundum autẽ eſt organũ mediāte quo mouens mouet. terciũ autẽ eſt animal quod mouetur duo ſubdiuidit primũ ſcꝫ mouens dicens ꝙ mouens dicatur duobꝫ modis. In motu enim ꝓgreſſiuo eſt vnum mouens immobile et hoc mouens eſt ipſum appetibile ſiue bonum agibile ꝙ ita mouet appetitum ꝙ nõ mouetur ꝑ ipſum. Aliud autem mouens ẽ mouens quod mouetur et hoc mouens eſt ipſe appetitus. appetitus autem mouetur ab appetibili qꝛ oĩe quod appetit inquantum appetit mouentia et ideo appetitus eſt quidem motus vel quidam actus vt ſicut ſentire eſt actus ſenſus factus a ſenſibili ita appetere eſt actus appetitus ſm quem mouetur ab appetibili. Sic ergo patet ꝙ appetitus mouetur. mouet etiam quia imperat motũ animalis. Illud autẽ quod mouetur tantũ eſt animal. Organum autẽ mediante quo appetitus mouet eſt corporeũ ⁊ ideo de eo eſſet conſiderandũ in opationibꝫ ↄ̃munib9 anime et corporis. ſꝫ terminatur in libro de cauſa motus animalium In hoc enim libro ſolũ intẽditur de anima ſm ſe tamen ꝓpter bonitatẽ ſciencie in ſumma dicet de organo motus. ¶ Quereret aliquis vtrũ ea que ſunt in motu ſint tria ſicut dicit phũs. videtur ꝙ nõ. nam ibi eſt appetibile et appetitus et organum motus et animal quod mouetur ergo ſunt ibi quatuor et non tria tantum. ¶ Ad oppoſitum eſt dictum phi. Dicendum eſt ꝙ mouens poteſt accipi duobus modis. vnõ modo accipitur mouens quod cauſat motionẽ in alio ſiue ipſum cauſans moueatur ab alio ſiue nõ et ſm iſtũ modũ accipiendi mouens tria ſunt in motu ꝓceſſiuo ſcꝫ mouens ⁊ organũ mediante quo mouens mouet et animal qđ mouetur. ſm enĩ iſtũ modũ appetitus nõ diuiditur contra appetibile quia ↄ̃ueniũt in ratione mouẽdi. Alio modo accipitur mouẽs qđ ita hꝫ rationẽ mouẽdi ꝙ nullo modo hꝫ rationẽ mobilis. ⁊ tale mouens ẽ mouẽs immobile ⁊ ſm iſtũ modum accipiendi mouẽte. Appetit9 diuiditur ↄ̃tra appetibile qꝛ appetibile ẽ mouẽs tm̃. appetit9 autem mouet ⁊ mouetur. mouet quidẽ ab ipõ appetibili vt eſt intellectũ vel ymaginatũ. Mouet enĩ ipſum animal et ſm iſtũ modũ in motu animaliũ ſunt q̃tuor ſcꝫ mouens tantũ quod eſt appetibile et mouens quod mouet qđ eſt appetitus et organum motus et animal quod mouetur ¶ Ad argumenta pꝫ ꝑ iſta iã dicta ¶ Deinde cũ dicit. Nũc autẽ vt in ſumma. determinat ſummarie de organo motus ¶ Ad cuius euidenciã notandũ eſt ꝙ phũs in lr̃a iſta tria implicat primũ ꝙ implicat eſt ꝙ in organo motus eſt idem principiũ et finis. ſecundũ qđ implicat eſt ꝙ in motu ꝓceſſiuo animaliũ aliud eſt qđ quieſcit ⁊ aliud qđ mouetur. ⁊ oĩe qđ mouetur mouetur in quodã immobili. hoc autẽ implicat ibi. vñ aliud quidem. terciũ qđ implicat ẽ ꝙ ita opꝫ imaginari de motu aialiũ ſicut de motu articulationis. ⁊ hoc terciũ implicat ibi. Propter qđ opꝫ. Implicat ergo primũ ꝙ i organo mot9 idẽ eſt pͥncipiũ et finis ⁊ hoc eſt qđ dt. ꝙ ſummarie dicendũ eſt in organo motus. Motus enĩ organicꝰ. i. mouet ꝑ organũ ex tali loco vbi principium et finis motus eſt idem. Eſt enim in tali motu ſicut in linea obliquata in qua idem eſt gibboſum et concauũ· ita in hoc motu idem eſt principium et finis· quia in tali motu eſt principium et finis· principium a quo incipit motus et finis ad quem terminatur que ſunt idem·

Notandum eſt ꝙ motus proceſſiuus componitur ex motu pulſus et tractus ſicut patet ꝙ primo expellitur aer ſecũdo trahit et ex illo loco a quo expellitur ad illum trahit· Inquantũ autẽ eſt ibi pulſus ẽ ibi principium motus Inquantũ autẽ eſt ibi tractus eſt ibi finis motus· quia principium et finis ſunt idem quia ad illum locum trahitur organum motus a quo pellitur ideo dixit phũs ꝙ mouens organice mouet ex illo loco ·vbi principium et finis ſunt idem· Notandum eſt ſecũdo ꝙ ſicut i linea obliquata idem eſt gibboſum et concauũ ſ̄m rem quia eadem linea eſt gibboſa ꝛ concaua que tamen gibboſum et concauum differunt ſ̄m rationẽ quia gibboſum dicitur reſpectu exteriorum concauum autẽ dicitur reſpectu interiorꝫ· ita i motu ꝓceſſiuo animaliũ idem eſt in re principium et finis differens tamen ſ̄m rationem que drã rationis eſt in hoc ꝙ eſt ibi principium inquãtum eſt ibi expulſio membri Finis autẽ eſt ibi inquantũ eſt ibi tractꝰ pellens enim a ſeipſo pellit· trahẽs autẽ ad ſeipm̄ trahit· ¶ Deinde cũ dicit· Vbi quidem aliud quieſcit· ponit ſecundũ phũs et eſt ſecundũ ꝙ in motu proceſſiuo aliud quidẽ mouetur et aliud quieſcit in quo motu etiam principium et finis ſunt idem in re et altera in ratione· hoc ẽ ergo quod dicit littera ꝙ in tali motu alterum quidem quieſcit alterũ autem mouetur quia ſuple omnis motus fundatur in quodam immobili in tali etiam motu principium et finis ſunt etiã altera ratione·

Magnitudine vero et ſubiecto ſunt inſeparabilia id eſt ſunt eadem Ratio autem huius inſeparationis et huius ydemptatis eſt ꝙ omnia talia mobilia mouentur pulſu et tractu pulſus autem ꝛ tractus ſunt ex eodem in idem et ſic ibi eſt principium et finis ¶ Quereret aliquis vtrum ſit verum qđ dixit philoſophus· ꝙ in motu animalium ſit illud quod mouetur et aliud qđ quieſcit· Dicendum eſt ꝙ ſic quia patet primo in parte animalis mota· Si enim mouetur brachium expellitur et retrahitur a cubitu ĩmotum ad cubitum immotu· ita ꝙ motus brachij componitur ex pulſu et retractatu et inquantum eſt ibi pulſus eſt ibi principium motus inquãtum autem eſt ibi tractus eſt ibi finis· principium autem et finis ſunt idem quia brachium ad idem trahitur a quo expellitur et hoc etiã patet in motu totius animalis ¶ In motu enim animalis parte dextera expulſa quieſcit pars ſiniſtra· et iterum retrahitur pars dextera· ꝛ hoc eſt in omnibus ambulantibus· ſed in natantibus et volantibus nõ ſic ẽ quia ſimul mouētur dextra et ſiniſtra et ſimul vtūtur vt vtꝫ latere. ita tamē ꝙ expulſio et tractio eſt ad vnum immobile. In reptibilibꝫ autem non nullis perficitur motus ꝙ mota anteriori ꝑte poſterior quieſcit et vtraqꝫ pars viciſſim cauſat vnū motū qui motus ꝑficitur ex eo ꝙ anterior expellitur ⁊ poſterior retrahitur. Notandū eſt ꝙ phūs in lr̄a volens ꝓbare ꝙ in motu ambulancium idem eſt principiū et finis ꝓbauit ꝑ hoc ꝙ omnia talia mouentur pulſu et tractu. q.d. phūs vbi ē pulſus et tract9 idem eſt principiū a quo fit expulſio et finis ad quem fit retractio ſed in motu animalium eſt pulſus ⁊ tractus ergo ibi eſt principium et finis idem ¶ Deinde cū dicit. Propter quod oportet. ponit terciū phūs in quo tercio dicit ꝙ ita opꝫ ymaginari de motu animalium ſicut de motu circulari ¶ Ad euidenciam autē huius ymaginationis ponamus motorem in motu circulari in centro. tunc enī ex hoc centro incipiet motus circuli qui motus cōponetur ex tractu et pulſu quia expellitur vnus circulus et trahetur alius. In motu enī circuli ꝑtes inferiores quodāmodo videntur expellere ſuperiores et partes inferiores videntur trahi. et ſic in motu circuli ſm ymaginationem eſt aliquid immobile a quo incipit motus quia ſm hoc incipit a centro ¶ In motu eciam circuli eſt pulſus et tractus. quia alique partes pelluntur et alique trahuntur. ita eodem modo in motu animalis. Motus enim animalis incipit ab aliquo immobili. Motus eciam animalis non eſt ſm lineam rectam: ſed magis eſt ſicut motus giratiuus compoſitus ex pulſu et tractu ¶ Cum enim mouetur pars dextra ſuſtentatur ſimus per ſiniſtram. Expulſio eciam partis dextre et attractio ſiniſtre nō eſt ſcd̄m lineas rectas. hinc enim viſis patet illud quod dictum eſt per philoſophum. ꝑ ſicut in circulo oportet manere aliquid et hoc hinc eſt ab illo quod manet oportet incipere motum. ita in motu animalis oportet eſſe aliquid immobile ad principia motus. ¶ Quereret enim aliquis quid eſt illud immobile a quo incipit motus animalis. Dicendum eſt ſcd̄m aliquos primū principium huius motus vel a quo incipit mot9 eſt cor. ex quo quidē tria ſequuntur per ordinem que manifeſtant litteram ¶ Primum quod ſequitur eſt ꝙ in corde idem eſt principium et finis. Cor enim continue mouetur ſcd̄m dilatationem et conſtrictionem. inquantum autem dilatat ſe cor eſt ibi pulſus inquantum autem eſt ibi pulſus eſt ibi principium motus quia pellens elongat a ſe id quod pellit. Inquantum autem cor conſtringitur eſt ibi tractus. Inquantum autem eſt tractus eſt ibi finis motus. quia enim trahens ad ſe trahit illud qđ pellitur. ſic enim poteſt patere ꝙ in corde eſt principiū et finis ſcđm pulſum et tractū et de hoc dicit ph̄s in p̄ma ꝑte lr̄e ẜm ꝙ ſequitur ꝙ ſicut in circulo eſt. ita eſt in motu cordis. ſicut eñi circulus quieſcit ꝑ ſe totū ⁊ tñ mouet̄ ẜm diſpoſitionē Corpus eñi circulare primū ſemꝑ eſt in eodē loco tñ mouet̄ ẜm diſpoſitionē ita ⁊ cor ſemꝑ mouet in eodē loco animalis tñ mouet̄ ẜm diſpoſitionē qꝛ mouet̄ ẜm ꝯſtrictionē ⁊ dilatationē ſiue ẜm pulſum ⁊ tractū et ſic cor quodāmō ē mobile ⁊ quodāmō quieſcēs ita ꝙ mobile et quieſcens idē eſt in re et tñ altꝝ in racione et de hoc dicit i ſecūda ꝑte lr̄e Terciū eſt ꝙ ſequitur ꝙ ſicut videmꝰ in toto vniūſo ita debemꝰ imaginari in animali. In vniūſo aūt videmꝰ ꝙ celū qđ ſemꝑ mouet̄ eſt p̄ncipiū et cauſa motus alioꝝ corpoꝝ que aliqñ mouentur ⁊ aliqñ non ⁊ quodāmodo motus hoꝝ corpoꝝ eſt a celo. Sic cor in animali qđ quodāmodo ſemꝑ mouetur eſt cauſa et principiū cuiuſlibet alterius motus facti in animali. et de hoc dicit phūs in tercia ꝑte lr̄e. ꝙ ſicut in circulo opꝫ aliquid manere a quo incipiat motus et hoc eſt celum qđ eſt immobile ẜm ſe totū. tñ mouetur ẜm diſpoſitionem. ita in animali in corde incipit motus. qđ quidē cor non mouet̄ ꝑ ſe totū tñ mouetur ẜm diſpoſitionem ⁊ ſic ẜm iſtos illud immobile a quo incipit motus in animali eſt cor. Alijs autē nō videtur ſic. Illud eñi immobile a quo incipit motus eſt illud a quo fit expulſio et ad quod fit attractio. tale aūt debet eſſe ꝯiūctū organo motus qđ pellitur et trahitur. Certū eſt aūt ꝙ cor nō eſt ꝯiunctū hmōdi organis ergo nō eſt tale immobile. Dicunt ergo iſti ꝙ hoc vnū immobile a quo eſt motus et ad quē terminatur motus non eſt aliquod vnū ſignatū ẜm ſubiectum in membris animaliū ſed ſolū ẜm rationē et ē multiplicatū ẜm numeꝝ membroꝝ q̄ mouentur quia omne membrum qđ mouetur ſupponit aliquod fixum a quo poſſit pelli et ad quod poſſit retrahi ⁊c.

Omnino quidem igitur Poſt q̄ philoſophus determinauit de principio motiuo ẜm motum localem in ꝯmuni et ẜm ſe. In ꝑte iſta determinat de ipſo in reſpectu ad diuerſa genera animaliū et tria facit. quia p̄mo oſtendit quid ſit ꝯmune omnibꝫ aīalibus ꝑticipantibꝫ motū. ſecundo oſtendit quomō principiū motiuū inueniatur in animalibꝰ ꝑfectis ibi. Conſiderandū autē. tercio oſtendit quō hoc principiū motus ſit in animali ꝑfectiſſimo qđ ē homo ibi. Sēſibilis quidē fantaſia ¶ Quātū ergo ad p̄mū đt ꝙ vniūſaliter hoc ſenciēdū eſt de aīali qđ ꝑticipat motū ꝙ oīe animal in tantū eſt motiuū ſui ipſius inq̄ſtum eſt appetitiuū. i. inq̄ſtum habet virtutē appetitiuam verum etiã ꝙ appetitiuũ non mouet ſine fantaſia ⁊ ſic ad motũ concurrit cũ appetitu fantaſia. Fantaſia autẽ eſt duplex. Fantaſia eñ vel eſt rationalis .i. vel participat ratione. q̄ fantaſia ſolũ eſt in hominibꝫ. vel ē ſenſibilis non participans ſcꝫ racõne ⁊ hac fantaſia participant alia animalia ab homine ¶ Quereret aliquis vtrum ſit verum quod dicit phũs ꝙ appetitus et fantaſia mouẽt animal ita ꝙ animal ſufficienter mouet ſeipſum ſcḋm ꝙ hꝫ appetitũ cũ fantaſia Videtur ꝙ nõ quia intellectus eſt etiã de mouentibus vt ſupra pꝫ. de hoc autẽ nullã mencõnem facit phũs ¶ Preterea appetibile ⁊ mouꝫ. de quo mẽcionem nõ facit phũs ¶ Ad oppoſitũ eſt dcm̄ phi. ¶ Ad hanc queſtionem dicendũ eſt ꝙ mouẽs in animali pt̄ vocari duobus modis. Primo modo vt id vocetur tm̄ mouens ꝙ primo mouet et ſic mouẽs eſt tãtum vnũ ſcꝫ ipſum appetibile quod primo mouet et nõ mouetur vt declaratũ eſt ſupra. Alio modo poteſt vocari mouens in motu illud quod quocunqꝫ modo mouet. et ſic mouencia in motu animalium ſunt duo in genere et tria in ſpecie. duo quidem in genere qꝛ ad motum animalium concurrit potencia diſcernens motum. et potencia impetum faciens que ſunt diuerſe in genere. Mouencia autem in ſpecie ſunt tria. qꝛ potencia diſcernens diuiditur ꝑ fantaſiam et etiã intellectum. Intellectus enim diſcernit per rationem rectam. Fantaſia autem diſcernit motum per eſtimationem et apparentiam boni et ſic habemus duplicem potenciam ſcilicet potenciam diſcernendi et potenciam impetum facientem quia per fantaſiam dedit nobis intelligere omnem potenciam diſcernentem motum. et per conſequens dedit nobis intelligere intellectum qui motum diſcernit ⁊ per hoc pꝫ ad primũ argumentũ. Ad ſecundũ etiã pꝫ ꝙ phũs ꝑ appetitum dedit nobis intelligere appetibile. quia vt dictum eſt appetitus mouetur ab appetibili ¶ Deinde cum dicit. Conſiderandum autem. Oñdit phũs quid ſit principium mouens in animalibus imperfectis. vt autem videatur hec pars notandum eſt quod philoſophus iam dixit in precedentibus. ꝙ fantaſia et concupiſcencia ſiue appetitus ſunt principia mouencia in animalibus. ⁊ ideo philoſophus querit hic vtrum fantaſia et concupiſcencia ſunt in animalibus imperfectis et tria facit. qꝛ primo querit hanc cõcluſionẽ. ſecũdo obicit ad vnã ꝑtem ibi. Videt̄ enĩ. tercio determinat cõcluſionẽ ibi. Aut ſicut ¶ Quantũ ergo ad primũ dicit ꝙ cõſiderandũ eſt quid ſit mouens in animalibus imperfectis quibus ſolum ineſt ſenſus tactus. Et querendum eſt vtrum hijs animalibus contingat ineſſe fantaſiam et etiam concupiſcenciam. ¶ Notandum eſt enim ꝙ animalia eē imꝑfecta poteſt intelligi duobꝫ modis vno mō vł dicant eē imꝑfecta q: deficit eis aliquid d' necessarijs ad speciē suā sicut deficit aīalibȝ mōstruosis. et ſm hūc modū imꝑfectionis ñ loquitur hic phūs de aīalibȝ imꝑfectis. alio mō dicūtur animalia imꝑfecta nō ſm speciē suā sed in genere aīaliū. q: sc; hn̄t ſensum tactus et nō hn̄t alios ſensus quos habent alia aīalia ꝑfecta. ¶ Deinde cū dicit. Videtur eñ. arguit ad vnā ptem questionis ꝓbando sc; ꝙ in talibȝ animalibus eſt appetitus et p̄t eſſe racio sua talis. Leticia ⁊ triſticia ſunt paſſiones appetitiue potēcie. ſed i talibus animalibȝ eſt leticia et triſticia ergo in eis eſt appetitiua potēcia ſiue deſideratiua. et hoc eſt ergo qđ dicit lr̄a ꝙ in talibȝ animalibꝯ videtur ineſſe triſticia et leticia. ſi autē hec inſunt ſcȝ talibȝ animalibȝ. neceſſe eſt et concupiſcenciā .i. deſideriū ineſſe in eiſdem. quomō aūt fantaſia inſit talibus animalibꝯ dubiū eſt. Notandum eſt ꝙ hec animalia imperfecta licet non moueātur motu progreſſiuo mouentur tamen motu dilatationis et conſtrictionis. et hoc autem ꝙ dilatantur et conſtringuntur probatur ꝙ in eis eſt delectacio et triſticia ſicut dicit phūs in lr̄a. Dilatacio enim videtur eſſe motus imitationis in delectabilia. ¶ Cōſtrictio autē videtur eſſe motus fuge reſpectu triſtabilis. ¶ Quereret aliquis quō ꝯſurgit tale dubium. vtꝝ fantaſia inſit talibus aīalibȝ. Dicendum eſt ꝙ dubium conſurgit ꝯplectr argumēta que ſunt ad vtrā q; partem. primo enim videtur ꝙ fantaſia ſit in talibus animalibus. Dictum eſt enim ſupra ꝙ ſine fantaſia nō ꝑficitur motus in animalibus. cum ergo hec animalia imꝑfecta habent aliquem motum ad minus conſtrictionis et dilatationis videtur ꝙ in eis ſit fantaſia. ¶ Oppoſitum autem ſcilicet ꝙ in eis non ſit fantaſia habet apparenciam per ea que dicta ſunt in precedentibus Dictū eſt enim in precedentibus ꝙ fantaſia accipit rem non preſente ea in ſenſu exteriori. et hoc quia fantaſia abſtrahit a preſencia materie. talia autem animalia imperfecta non mouentur niſi ad preſenciam rei ſenſibilis. et ſic videtur ꝙ in eis non eſt fantaſia ¶ Deinde cum dicit. Aut ſicut mouentur. ſoluit queſtionem philoſophus et eſt ſua ſolucio talis ꝙ ſicut in talibus animalibꝯ ineſt motus indeterminatꝯ. ita ineſt eis fantaſia et concupiſcencia indeterminata et hoc eſt quod dicit littera. ꝙ ſicut hec animalia mouentur indeterminate. ita hec ſcilicet concupiſcencia et fantaſia inſunt eis indeterminate. ¶ Quereret aliquis quomodo talibus animalibus ineſt concupiſcencia et fantaſia indeterminate. Dicendum eſt ꝙ hoc poteſt oſtendi duplici via. Prima eñ via erit ex natura motus determinati vel indeterminati. quam viam ſequitur philoſophus in littera. Eſt autem via talis. Videmus enim ꝙ quedā animalia ſcꝫ illa que mouentur motu ꝓgreſſiuo determinate mouētur ad aliqđ delectabile diſtans vt illud adipiſcātur. ¶ Ex hoc ꝙ ſic determinate mouētur habent determinatū motū qui motus determinatus arguit in eis determinatā ymaginationē et fantaſiā et determinatū appetitū. Ex hoc enim ꝙ talia animalia determinate mouētur ad determinatū diſtans delectabile ꝗꝛ determinate ymaginantur tale diſtās et quia determinate illud appetunt. ¶ Animalia autē imꝑfecta nō habent hunc motum determinatum ad aliquod diſtans. quia nihil diſtans ymaginātur vel appetunt ſed ſolū in preſentia ſenſibilis ymaginātur nociuum vel delectabile. nō enī ymaginantur nociuum vel delectabile determinate hoc vel illud ſiue determinate hic vel ibi. Sed cū ledūtur in preſentia ſenſibilis ꝯſtringūtur cū autē delectantur effundūt ſe ſuper ſenſibile et mouentur motu dilatationis. Secunda via pt̄ eſſe ex maiori diſtinctione ſenſuū in animalibꝫ ꝑfectis ꝙ̄ imꝑfectis animalibꝫ. In animalibꝫ vero ꝑfectis ſenſus ꝯmunis formalior eſt ꝙ̄ ſenſus particulares et ſm locū diſtinctus eſt ab eis et ſemꝑ in animalibus ꝑfectis quelibet vis ſuperior formalior eſt inferiori. et in animalibꝫ perfectis vires diſtincte ſunt ſm organa ſua. ⁊ hoc ꝓpter ꝑfectam figuram capitis que eſt in talibus animalibꝫ. In aīalibus autē imꝑfectis ꝓpter figuram imꝑfectam capitis organa ſenſuū nō ſunt bene diſtincta ſed ſunt ꝑmixta adinuicem. Ex quo ſequitur ꝙ in talibꝫ aīalibꝫ vis ſuperior nō eſt ꝑfecte diſtincta a vi inferiori ⁊ maxime in animalibꝫ imꝑfectis que nō habent niſi ſenſum tact⁹ qui ē ſenſus materialis. In talibꝫ enī nō ē caput neqꝫ cerebꝝ. ſꝫ aliquid hūt loco capitis ⁊ cerebri et ideo talia aīalia hūt organa confuſa et ꝑmixta. et ꝑ ꝯñs hūt fantaſiam ꝯfuſam cū ſenſu cōmuni et ſenſum ꝯmunē ꝯfuſum cum ſenſu ꝓprio ꝓpter quā ꝯfuſionē habent motū indeterminatū et ymaginationē indeterminatā ¶ Deinde cū dicit. Senſibilis quidē igit̄. oſtēdit quō principiū motiuū aliter ē in hominibꝫ ab aliis aīali⁹ ⁊ tria facit. qꝛ primo oſtēdit ꝙ rō deliberatiua eſt mouens in hominibꝫ et non in aliis animalibꝫ. ſecūdo oſtēdit ꝙ in hominibꝫ aliqñ appetitus ſenſitiuus vincit deliberationē ibi ¶ Vincit autē. tercio oſtēdit ꝑ modū racio deliberatiua ibi ¶ Scientificum autem.

¶ Quantum ergo ad primum dicit ꝙ in animalibus aliis ab homine eſt fantaſia ſenſibilis que nō mouet. In homine autem eſt racio deliberatiua que deliberando mouet. ꝙ autem hec racio deliberatiua ſit mouens in hominibus. poteſt patere tali via ¶ Homo enim mouetur deliberando vtrum hoc ſit agendum vel illud. Deliberare autem eſt racionis deliberatiue. Et hoc eſt illud quod dicit philoſophus in littera.

Deliberatiua aũt ē in rõnalib; vtꝝ enĩ aget hoc aut hoc iã rõnis ē opus .i. potēcia q̄ deliberat de agēdo ē rõ. ſecũdo hoc idē p; tali via. potencia q̄ mouet menſurã vnã acapiēdo eſt rõ deliberatiua ſ; hõ i agēdo acapit mēſurã vnã ergo hõ in agēdo mouet̃ a rõne deliberatiua. et hoc eſt qđ dicit lr̃a. ꝙ neceſſe eſt vno mēſurare magis enĩ mutat̃ q̃re p̄t vnã ex pluribꝫ fantaſmatibꝫ facere. q. d. phũs homo in agēdo mēſurat actiones ſuas ad vnã mēſurã mēſurãdo enĩ imitatur mai⁹. i. acapit illud qđ magis eciã imitãt̃ illã mēſurã ⁊ qđ magis ſibi appropinquat. In mēſurãdo ãt p̄t ex pluribꝫ fantaſmatibus facere vnũ. i. p̄t de duobꝫ fantaſmatibꝫ ſibi oblatis p̄eligere vnũ illud ſc; quod magis mēſurã imitat̃ puta ſi hõ p mēſura ſupponat ꝙ magis iuſtũ ē ꝯſequēdũ magis ſi offerãt̃ duo iuſta p̄elegit illud qđ magis appropinquat ad rõnē iuſti ⁊ ad mēſurã dictã. Tercia via ad hoc idē oñdendũ eſt. q2 hõ p̄t hr̃e opinionē vniuſalē p quã p̄t ſillogizare. ſic eciã ſillogizare eſt rõnis deliberatiue Alia aũt aialia ab hoie licet hẽant fantaſiã tñ n̄ hñt rõnē deliberatiuã p quã pñt ſillogizare. ⁊ hoc eſt qđ đt lr̃a. ꝙ cauſa hec ei⁹ quia opinionē nõ putan hr̃e. qm̃ ea q̄ ex ſillogiſmo n̄ hꝫ hec aũt illã. ꝓpter qđ deliberatiuũ nõ hꝫ appetitus. q. d. phũs cã q̃re aialia nõ hñt opinionē vniuſalē per quã poſſunt ſillogizare eſt qm̃ n̄ hñt eciã rõnē q̄ eſt ex ſillogiſmo. i. nõ hñt rõnē ſillogiſticã licet hẽant fantaſiã hõ ãt qui hꝫ rõnē ⁊ opinionē hꝫ eciã fantaſiã. Aial ãt qđ nõ ē hõ ita hꝫ appetitũ ꝙ nõ hꝫ deliberatiuũ. Notãdũ ē ꝙ phũs p tria media ꝓbat ꝙ hõ deliberatiue p̄t p̄eligere vnũ fantaſma alteri. Primũ mediũ eſt. q2 ꝓpriũ eſt hominis deliberare inter duo vtꝝ ſc; hoc ſit agendũ vel illud hoc mediũ tangit̃ in p̄ma pte lr̃e. Secũdũ mediũ eſt ꝙ ꝓpriũ eſt hois menſurare duo fantaſmata ad vnã menſurã ſm quã menſurã vnũ fantaſma p̄eligit̃ alteri et hoc mediũ tangit̃ in ſecũda pte lr̃e. Terciũ mediũ eſt q2 ꝓpriũ hois eſt hr̃e opionē ⁊ fantaſiã et iõ p opinionē vniuſalē p̄t deliberare inter duo fantaſmata alia aũt aialia ab hoie ita hñt fantaſiã ꝙ nõ hñt opinionē vniuſalē p quã poſſint diſcernere inter duo fantaſmata. ¶ Quereret aliquis quõ rõ deliberatiua mēſurat duo fantaſmata p vnã menſurã. Dicendũ ē ꝙ ſicut p; ex. x. methaphiſice mēſura d; eē certa ⁊ minima ex quo acapio ex verbis phi ꝙ illud eſt mēſura in ſcienciis ꝙ hꝫ rõnē minimi et certiſſime. talia aũt ſunt principia. principia aũt ſunt minima in quãtitate et maxima in virtute. principia aũt virtualiter ꝯtinēt multas ꝯcluſiones ita ꝙ in ꝯcluſionibꝫ ſuo mõ eſt multitudo. In principiis aũt eſt vnitas et ſic principiũ hꝫ rõnē minimi. hꝫ eciã rõnē certiſſimi q2 principia in ſcienciis ſunt ſicut ianua in domo vt ſic ianua ꝓpter ſui certitu dimē ſtatim offert ſe volenti intrare domū. ita principia i ſciēcijs ſtatim offerūt ſe volēti addiſcere. Ex hijs autē ſequit ꝙ principia hn̄t racōnē menſure et hoc tam in ſpeculatiuis ꝙ̄ in practicis et iō hec pn̄cipia in p̄cticis tanꝙ̄ mēſuras accipit rō practica ad ꝓ̄eligendū vnū fantaſma alteri. Exempli grā. principiū eſt in practicis ꝙ magis iuſtū eſt magis eligendū et iō ſi volenti agere occurrant duo ſcȝ fantaſmata duoꝝ de quibus ſit dubiū quod illoꝝ ſit magis eligendū dicūt iſta duo menſurari ſm rationē iuſti. et vbi inuenerit ratio magis illud eſt magis agendum ſic ergo pȝ ꝙ principiū eſt menſura de quo loquit phūs in lrā ⁊ ē finis opationis practice qꝛ finis in agibilibȝ eſt menſura eoꝝ que ſunt ad finē. ꝙ aūt finis ſit menſura menſurans ea que ſunt ad finē pȝ qꝛ operantes et agentes ſtatuūt ſibi aliquē finē quē intendūt ꝯſequi. Deinde querūt media p que poſſent cōſequi hūc finē et iſtō mediū eligūt qd̄ citius et facilius ducit in finē ita ꝙ finis eſt racio ꝓ̄eligendi vnū mediū altri ¶ Quereret aliquis quid vocat opinionē vniuerſalem qn̄ dicit ꝙ homo habeat opinionē fantaſiam Animalia autē hn̄t tm̄ fantaſiā Dicendū eſt ꝙ intēcio phi eſt dicere ꝙ homo p ſillogiſmū diſcernit de opationibȝ cuiuſqȝ ſillogiſmi. Maior ē opinio vniuerſalis minor aūt eſt ꝑticularis ex maiori aūt ⁊ minori cōcluditur de opabili. ⁊ qꝛ homo habȝ racionē p quā poſſit accipe opinionē vniuerſalē et qua fit maior ſillogiſmi. habet etiā fantaſiā a qua pt accipere ꝑticulare iō homo ex tali maiori et minori poſſet ſillogiſtice procedere Animalia autē alia ab homine ſolū hn̄t fantaſiā et nō hn̄t rationem p quā poſſint accipe opinionē vniuerſalē. et ideo nō pn̄t ſillogizare et hoc eſt qd̄ dicit phūs in lrā ꝙ animalia nō hn̄t eā rationē que ex ſillogiſmo quia nō ſequitur ꝙ illud qd̄ hȝ fantaſiam habeat opinionē licet ſequatur ecōtrario ¶ Deinde cū dicit Mouet autē. oſtēdit phūs quomō appetit⁹ ſenſitiu⁹ aliqn̄ mouet deliberationē et hoc eſt qd̄ dicit ꝙ aliqn̄ appetit⁹ inferior qui eſt ſine deliberatiōe mouet deliberationē. i. remouet hominē ab eo qd̄ deliberauit. aliqn̄ autē ecōuerſo appetitus ſuperior mouet deliberatiu⁹ appetitū inferiorē et ſenſibilem ſicut patet in continentibus. Continentes enī ſequūtur appetitū intellectiuū ⁊ nō ſenſitiuū. ⁊ ſicut in celeſtibȝ ſpera ſuperior mouet ſperam inferiorem. ita hic appetitus ſuperior mouet appetitū inferiorem. ⁊ ſic etiā eſt naturalis ordo in anima quia naturalis ordo requirit ꝙ virtus que ſuperior eſt ſit pn̄cipalior in motu. et ꝙ moueat. ⁊ ꝙ ipſa min⁹ principalis que eſt appetitus ſenſitiu⁹ moueatur ¶ Si aūt appetitus ſenſitiu⁹ moueatur ab appetitu ſuperiori mouebit tribus lationibȝ ſiue motionibȝ ¶ Quereret aliqs quō pt verificari ꝙ appetit⁹ ſenſitiuus mouetur trib; motionib; ſiue lationibus. Dicendū eſt ꝙ duob; modis p̄t ꝟificari iſtud. Primꝰ modꝰ ꝟificādi eſt ex hoc ꝙ appetitus ſenſitiuꝰ mouetur alio a iudicio racōnis. racio autē in mouendo quaſi mouet vna mocōne dū ꝓponit maiorē vniuerſalē. ꝙ autē mouet ſecunda mocōe dū ſub maiori vniuerſali aſſumit minorē ꝑticularē. ꝙ autē mouet tercia mocōe dū ex maiori et minore ꝯcludit eſſe agendū et inclinat appetitū ſenſitiuū. Secundꝰ modus ꝟificandi eſt ꝙ appetitus ſenſitiuus p̄t moueri a racōe dū racio mouet ſuadet hoc eſt faciendū p̄t ſecūdo moueri ab appetitu intellectiuo dū appetitꝰ intellectiui inclinat appetitū ſenſitiuū. aliq̄n aūt appetitus ſenſitiuꝰ exit iudiciū racionis et mouetur motu ꝓprio ſicut p; in incōtinentib; ⁊ hec ē tercia mocio eius

¶ Deinde cū dicit. Scientificū autē. Poſtꝙ̄ phūs dixit ꝙ racio mouet hic oñdit quomō mouet fundat̃ autē intencio ſua ſup duo fundamēta. Primū fundamentū eſt ꝙ racio moueat mediante ſillogiſmo practico tñ minor huiꝰ ſillogiſmi magis de ꝓpinquo aſpiciat motū ꝙ̄ maior. ita ꝙ maior reſpectu minoris eſt q̄ſi fixa ⁊ quieſcens minor autem immediate fluit in motum. Viſis fundamentis p; lr̃a que dicit ꝙ ſcientificū .i. ꝓpoſitio vniuerſalis .i. maior que facit ſtudio nō mouet .i. nō immediate fluit in motū ſed de ſe manet et eſt fixa fluit autē in motū mediante minori. In ſillogiſmo enim practico ſunt due ꝓpoſitiones quarum vna eſt vniuerſalis exiſtimacō et maior. alia eſt ꝑticularis exiſtimacio et minor. prima dicit ꝙ oportet talem tale facere puta honorare parentes. ſecunda dicit ꝙ ego vel ille ſum talis ſc; filius. Ex quo ꝯcluditur ꝙ debeo honorare parentē. Prima opinio ſiue exiſtimatio non mouet vel magis dicendū eſt ꝙ vtraq; opinio ſc; maior ⁊ minor mouet. ſ; hec .ſ. maior magis mouet ſicut cauſa prima ⁊ q̄ſi quieſcens. ſecunda autem mouet nō ſic: ſed ſicut cauſa ꝑticularis applicata motui ¶ Quereret aliquis quomodo cauſa vniuerſalis non mouetur ſicut dicit philoſophus ſed quaſi fixa eſt. Dicendū eſt ꝙ hanc veritatem poſſumus venari duobus modis. primo modo ex cōmunitate propoſitionis vniuerſalis. ſuo enim modo imaginabimur de propoſitione vniuerſali ſicut de cauſa vniuerſali. Cauſa autem vniuerſalis ſicut ſol trahitur ad hanc actionem vel illam mediante cauſa ꝑticulari. eo enim modo quo dicimꝰ ꝙ homo generat hominem et ſol. quia virtus ſolis aſpectum habet ad generationem hominis mediante homine generante. eo enim modo propoſitio vniuerſalis ꝓpter ſui cōmunitatem non magis precipit hūc agere ꝙ̄ illum niſi contrahatur per minorem particularem. Exempli gracia. ſi dicatur ſic. filium oportet honorare patrem. hec enī propoſitio vniuerſalis nõ magis ꝑ̄apit michi honorem ꝙ̄ tibi niſi ꝯtrahat p minorem. vt ſi dicat ſic. Filiũ opʒ honorare patrẽ ſed ego ſum filius ergo opʒ me honorare prẽm ſic enĩ dicendo maior mediante minore fluit magis in hãc ꝯcluſionẽ ꝙ̄ in aliam

Ymaginabimur enĩ ꝑmo ꝙ ſuo mõ ita eſt in ſillogiſmis practicis ſicut i ſpeculatiuis ꝑ̄ter hoc ꝙ ſillogiſmꝯ practicus ordinat ad opari ſiue moueri ſillogiſmꝯ aũt ſpeculatiuꝯ ordinatur ad ſcire. ſic autẽ videmꝯ ꝙ in ſillogiſmis ſpeculatiuis ꝙ magis vniũſalis magis fluit in ſcienciam viiꝯ ꝯcluſionis ꝙ̄ alteriꝯ ꝑpter minorẽ a qua ꝯtrahit et mediãte qua fluit vt ſi dicat ſic oĩs triangulꝯ hʒ tres. yſochiles eſt trĩagulꝯ ergo hʒ tres ſciẽcia maioris magis fluit in ſcienciam yſochilis ꝙ̄ quadrati ꝑpter minorẽ que aſſumit ſub ea. ergo eodẽ mõ i ſillogiſmo practico virtus maioris magis fluit in hoc agẽdũ ꝙ̄ illud vel in hunc motũ ꝙ̄ illũ propter minorẽ que aſſumit ſub qa ſi nõ aſſumeret maior eſſʒ quaſi quieſcens qa nõ flueret in motũ Secũdo imaginabimur ꝙ maior in practicis ꝑpter vniũſalitatẽ ſui eſt cõmunis bono et malo et circa hãc nullus mentitur. Dicit enĩ bonus princeps leges eſſe ꝯdendas hoc idem dicit tyrãnus. ſed in minori et in aſſumendo ſub eſt drã quia bonus princeps bene aſſumit dicendo eſt lex de vera lege. tyrannus autẽ falſe aſſumit de eo enĩ quod eſt ſtatutũ i nocumentum populi dicit hec eſt lex & ideo falſum ꝯcludit dicendo hoc ē cuſtodiendum cum ergo hec ꝑpoſicio ſit ꝯmunis bono et malo manifeſtũ eſt ꝙ non fluit in motum ſpecificũ vel in operationẽ ſpecificam niſi mediante minore que quidẽ minor aliqñ falſe aſſumitur et ideo fluxus eſt i ꝯcluſionẽ i debitã & ſic pʒ ꝑma via Secunda via ad hoc idem oſtendendũ eſt ꝙ operationes & motus ſunt circa ꝑticularia et ideo ꝑpoſitiones i practicis quanto magis ꝑticulares tanto propinquius aſpiciunt motũ et operationem. In ſillogiſmo autẽ practico maior eſt vniuerſalis & minor ꝑticularis et ideo minor magis aſpicit motum et hec eſt cauſa quare philoſophus in lr̃a vocat maiorẽ ſcientificam & minus ordinatam ad motum

Vegetabilẽ quidem aĩam

Poſtꝙ̄ phũs determinauit de potẽcijs anime in ſe hic determinat de ordine et habitudine earum adinuicem et tria facit. quia primo oſtendit quam habitudinem habet vegetatiua potencia ad viuencia. ſecundo oſtendit quam habitudinem habet ſenſitiua ad viuencia ibi. Senſum autem habent. tercio oſtendit quã habitudinem habet ſenſitiua potencia ad animalia ibi. Animal autem Primo ergo oſtendit quam habitudinem habet vegetatiua potencias ad viuendū et eſt intētio ſua ꝙ omnia viuentia generabilia et corruptibilia habent potētiam vegetatiuam fundatur autē intentio ſua ſup duo fundamenta. Primū fundamentū eſt ꝙ omnia viuentia generabilia ⁊ corruptibilia habent augmentū ſtatum et decrementū. Secundū fundamentum eſt ꝙ hec nō poſſunt habere ſine alimēto. tempore enim augmenti oportet ꝙ plus conuertatur de alimēto q̄ ſufficiat ad ꝑexiſtētis magnitudinis ꝯſeruationē. quia viuēs tunc nō ſolum indiget conſeruari in eo quod habet. ſed etiam indiget produci ad debitam quātitatem que viuentia generabilia temꝑe ſue generationis quantitatem habent imꝑfectam. tempore autē ſtatus tm̄ conuertitur de alimento quātum neceſſarium eſt ad conſeruationem animalis vel viuentis. tempore autē decremēti minus conuertitur q̄ neceſſariū ſit ad conſeruationem viuentiū. et ideo viuentia incipiūt deficere et ſic patꝫ ꝙ alimentū neceſſariū eſt in viuentibus. Ex his fundamentis arguit phūs ſic. Quod vtitur alimēto habꝫ animā vegetatiuā ſed viuentia generabilia vtūtur alimēto et ꝓpter conſeruationē et ꝓpter augmentū ergo habent animā vegetabilē et hoc eſt quod dicit lr̄a. ꝙ omne quodcūqꝫ viuū neceſſe eſt habere animā vegetabilem et hec neceſſitas eſt a generatione ad corruptionē. i. hec neceſſitas eſt ſemꝑ dū viuūt. Ratio autē huiꝰ neceſſitatis eſt ꝙ omne viuū quod generatur habet augmentum et ſtatum ⁊ decrementum. hoc autem impoſſibile eſt fieri ſine alimēto. et ideo neceſſe eſt ꝙ talia viuentia habeant potentiam vegetatiuam que vtitur huiuſmodi alimento. ¶ Notandum eſt ꝙ philoſophus notabiliter dicit ꝙ vegetabilia viuentia indigent potentia vegetatiua preſeruans ſe a viuentibus in generabilibus. ¶ Talia enim ingenerabilia viuentia non indigent potentia vegetatiua quia ſolum viuunt vita intellectuali. talia enim viuentia ſunt ſubſtantie ſeparate que nō indigent alimento nec propter conſeruationem indiuidui. nec propter augmentū nec propter conſeruationem ſpeciei. hec enim omnia arguunt generationem et corruptionem in eis que ſic indigent. et ꝑ conſequens non indigent potentia vegetatiua. ¶ Deinde cum dicit philoſophus in littera. Senſum autem. oſtendit illam habitudinem quam habet ſenſus ad viuentia et quia non eſt neceſſe omne viuens habere ſenſum quia plante viuunt et tamen non habent ſenſum. Probat autem philoſophus hoc ſcilicet ꝙ plante non habent ſenſum et hoc fundatur ſuper duo fundamenta.

Primum enim fundamentum eſt ꝙ omnes ſenſus ſupponunt ſenſum tactus. quia ipſe ſenſus tactus eſt fundamentum omnium ſenſuum.

Secūdū fūdamētū ſup quo fūdatꝰ ē

ꝙ ſenſus tactus nō eſt in omnibꝫ viuentibꝫ nō eīm ineſt plantis que ꝓpter ſuā terreſtreitatē multū appropinquāt ad corpa ſimplicia· vnde ſicut corpa ſimplicia non habent tactū ita nec plante· Ex hijs duobꝫ fundamentis arguit ſic phūs· Cū non ineſt tactus nec illi inſunt alij ſenſus· ſed in quibuſdā viuentibus nō ineſt tactus ergo nec alij ſenſus inſunt quibuſdā viuentibꝫ· hoc eſt ergo qđ dicit lr̄a· ꝙ nō eſt neceſſe ſenſum ineſſe omnibꝫ viuentibꝫ· cuius ratio eſt· quia corpus ſimplex nō hꝫ tactū nec etiā corpa viuencia que nō ſunt ſuſceptiua ſpecierū ſine materia ſicut ſunt plante habent etiam tactum· ſine tactu autem impoſſibile eſt aliquod eſſe animal· i· impoſſibile eſt ſenſum animalis eſſe ſine tactu ⁊c̄· Notandum eſt ꝙ ſenſus tactus ꝯſiſtit in quadā medietate tangibiliū ꝯtrariorū non enim ſenſus tactus omnino priuatur a ꝯtrarijs ſed ab excellencia ꝯtrariorū et quia organum ſenſus tactus conſiſtit in quadā medietate ſi autē conſiſtit in quadā medietate quicquid caret illa medietate caret ſenſu tactꝰ· hac autē medietate carent corpa ſimplicia carent eā corpa mixta que multū accedūt ad terreſtreitatē· carent eā plante et ideo carent ſenſu Signū autē huiꝰ carencie eſt ſm̄ phm̄· qꝛ nō recipiūt ſpecies ſine materia ſicut facit ſenſus tactus ¶ Deinde cum dicit· Animal autem· oſtendit habitudinem quam ſenſus habet ad animalia et maxime ad animalia que mouentur motu progreſſiuo· ¶ Eſt autem hec habitudo ꝙ omne animal quod mouetur motu progreſſiuo habet ſenſum duo enim facit philoſophus quia primo probat quod dicit· ſecundo remouet quandam obiectionem que poſſet dari contra ꝓpoſitionem ſuam ibi· Non poteſt autē· Prima in duas ſm̄ ꝙ ad probationem ſuam determinat ſiue declarat duo fundamenta· ſecundum fundamentum eſt ibi· Si igitur oīe ꝓgreſſiuū· Ponit ergo primū fundamētū et eſt ꝙ natura nichil facit fruſtra· Omne enim quod eſt in natura vel eſt ꝓpter finem vel eſt accñs ꝯñs illud quod eſt propter finem· natura enim facit membra animalis propter finem puta propter operationem ſed ex hoc ꝙ membra ſunt talis diſpoſitionis ſequitur ꝙ habeant aliqua accñia puta pilos vel aliqua ſimilia que nō ſunt ꝓprie propter finem· ¶ Quantū ergo ad hoc fundamentū dicit lr̄a ꝙ neceſſe eſt ꝙ omne animal quod mouetur motu progreſſiuo habere ſenſum· et hoc ſi natura nichil facit fruſtra· ꝙ autē natura nichil facit fruſtra patet· qꝛ omnia que ſunt in natura vel ſunt propter aliquid vel ſequuntur ea que ſunt propter aliquid ¶ Deinde cum dicit· Si igitur omne· ponit ſecundum fundamentum quod ſequitur ex primo· Ex hoc autē ſecūdo fundamēto ꝯcludit ꝓpoſitū· Eſt aūt ſecūdū fundamētū tale Deñ eſt in primo fundamento ꝙ natura nichil facit fruſtra. Si autē ita eſt ſequitur ꝙ natura nihil facit fruſtra in corpore progreſſiuo .i. in corpe qd̄ poteſt moueri motu progreſſiuo Si autem tale corpus non haberet ſenſum fieret fruſtra quia nō poſſet cōſequi finem ſuum ergo corpus animalis quod mouetur motu progreſſiuo habet ſenſum. et hoc eſt propoſitum quod debebat probari. hoc eſt ergo quod dicit lr̄a. ꝙ ſi corpus progreſſiuū .i. corpus animalis quod mouetur motu progreſſiuo non habet ſenſum erit fruſtra et hoc quia corrumpetur et non ueniet ad finem ſuum qui finis eſt opus nature. ꝙ autem tale corpus ſit fruſtra patet. quia ſi non habet ſenſum quō aletur .i. conſequetur alimentum quaſi diceret nullo modo. In animalibꝫ enim que ſemꝑ mouent ꝛ non mouentur exiſtit adiunctū id unde nata ſunt nutriri. Animalia autem progreſſiua ꝑ motum querunt alimentum. hoc autem non poſſunt facere niſi habeant ſenſum. ¶ Quereret aliquis unde ſequitur hec conſequentia corpus progreſſiuum non habet ſenſum ergo eſt fruſtra quia nō pt̄ cōſequi finem ſuum. Dicendum eſt ꝙ motus progreſſiuus ideo eſt datus animalibus ut per illum motum coniungatur conuenientibus et remoueatur a nocentibus. Si autem ſenſum nō haberent nō participarent cōuenientiā ꝛ nociuam. ¶ Ymaginabimur ergo ſic ꝙ natura dedit talibus animalibus corpora apta ad motū ideo autem dedit ut ꝑ motū poſſint attingere finē puta alimentū ꝑ quod alimentū cōſeruantur in eſſe. Si autē talia animalia ꝑ motum attingūt finem opꝫ ꝙ ꝑ ſenſum cognoſcant illud conueniens. opꝫ etiam ꝙ cognoſcant impedimenta que impediunt a fine intento. ¶ Deinde cum dicit. Non poteſt autem corpus. Reſpondet cuidā obiectioni que poſſet fieri contra predicta. Dictum eſt enim ꝙ corpꝰ progreſſiuum habet ſenſum ut poſſit percipere conuenientia et fugere nociua. ¶ Ad hoc poſſet dicere aliquis ꝙ tale corpus progreſſiuum habet intellectū ꝑ quem diſcernit conuenientia ꝛ nō habet ſenſum. ¶ Ad hoc reſpondet philoſophus dicens ꝙ nullum corpus ſiue ſit generabile ſiue ſit ingenerabile poteſt habere intellectum ſine ſenſu et hoc eſt quod dicit philoſophus in littera ꝙ corpus nō poteſt habere animam et intellectū diſcretiuum ſine ſenſu ꝛ hoc eſt ſiue illud corpus fuerit non manifeſtum .i. progreſſiuum et generabile ſiue fuerit ingenerabile. Queritur enim ab illo qui ponit corpus tale habere intellectū ſine ſenſu quare hoc ponit utrū propter melius corporis uel propter melius anime. quia ſine ſenſu anima nullo modo poteſt intelligere. cum enim intelligere noſtrum oriatur a ſenſu. hoc enim nec poteſt dici propter melius corporis. quia enim hoc corpus nichil magis erit ſine ſenſu id eſt non magis non magis ꝯſeruabitur ſine ſenſu. pmo minus. nullū ergo corpꝰ nō manifeſtū hꝫ animā intelligibilē ſine ſenſu Notandū eſt ꝙ ratio phi poſſ; eē in breui talis. Si in corpe ꝓgreſſiuo et nō manſiuo eſſ; intellectꝰ ſine ſenſu vel hoc eſſet ꝓpter melius corporis vel ꝓpter melius intellectꝰ. ſed nec ſic nec ſic. ergo in nullo tali corpore p̄t eſſe intellectꝰ ſine ſenſu ¶ Quereret aliquis quid vocat phūs corpus ingenerabile qñ dicit ꝙ nullū corpus hꝫ intellectū ſine ſenſu ſiue ſit generabile ſiue ſit ingenerabile Dicendū eſt ꝙ de corpe generabili nulla difficultas eſt. Corpus enim generabile qđ hꝫ animā intellectiuā eſt corpus humanū. Intellectꝰ aūt humanꝰ indiget ſenſu ergo tale corpus neceſſario hꝫ ſenſum. ¶ Arguemus enī ſic. Intellectꝰ humanꝰ dependet a ſenſu ergo impoſſibile ē ꝙ talis intellectꝰ ſit in corpe ſine ſenſu. ſed de corpe ingenerabili eſt difficultas ¶ Ad cuiꝰ euidentiā notandū eſt ꝙ tale corpus ingenerabile nō p̄t vocari corpus celeſte ſm iſtos qui ponūt corpa celeſtia aīata ita hñt intellectū ꝙ nō hñt ſſum. Corporibꝫ enī celeſtibꝫ ſuppoſito ꝙ ſint animata non eſt neceſſarius ſenſus nec ꝓpter corpus quia corpa celeſtia ſunt incorruptibilia et ingenerabilia nec indiget ꝯſeruari in eſſe per ſenſum nec propter intellectū qꝛ intellectꝰ talis nō dependet a ſſu cū intelligat ad modū ſubāꝝ ſeparataꝝ p̄t ergo dici ꝙ forte phūs ꝑ corpus ingenerabile intelligit corpora quorūdā aīalium aereoꝝ qꝛ platonici poſuerunt et nominānt ea demones ſicut diffinit ¶ Apuleus demones ſunt aīalia corporea aerea mēte rationabilia animo paſſiua tēpore eterna. De hijs forte phūs intelligit ꝙ nō habent intellectū ſine ſenſu.

Et uerū ſi ſenſū habent

Poſtq̄ dixit phūs de habitudine ſenſus ad animal progreſſiuū. quia omne animal progreſſiuū hꝫ ſenſum hic dicit de habitudine ſenſus ꝛ animalis ad corpus et eſt talis habitudo ꝙ oīs ſenſus eſt in corpore mixto et nō in corpe ſimplici hoc autem probat phūs ꝑ talem ꝯſequentiam ſic. ſenſus et animal arguūt ſenſum tactus. quia nō eſt reperire animal ſine tactu. ſed tactus non eſt in corpore ſimplici ſed in corpore mixto ergo corpus cuiuſlibet animalis ē corpus mixtū. In hac conſequentia ſic procedit quia primo ipām ꝯſequētiam ponit. Secundo probat vtramq; ꝑtem eiuſdem ibi ¶ Hoc autem manifeſtum eſt. Ponit ergo primo ipſam conſequentiam dicens ꝙ ſi aīal habet ſenſum neceſſe eſt corpꝰ eiuſdem animalis eſſe ſimplex vel mixtum. Impoſſibile autem eſt eē ſimplex. cuius ratio eſt. quia neceſſe eſt quodlibet animal habere tactum. corpꝰ autem ſimplex tactum nō habet. ¶ Deinde cum dicit. Hoc autem ex his manifeſtū. ¶ Probat utramqz ptem dcē. Prima ps conſequentie eſt q̄ animal non eſt ſine tactu et hanc pbat in principio. ſcđa ps eſt q̄ tactus nō eſt in corpore ſimplici ibi. q̄ autem ſit impoſſibile. Prima ps in tres ptes. qz pmo pbat q̄ tactus eſt neceſſarius animali. ſcđo hoc idem concludit de guſtu ibi. Quare et guſtum. tercio oñdit q̄ alij ſenſus nō inſunt omnibz animalibz ibi. Alij aūt pp bonū. Primo ergo pbat q̄ tactus eſt neceſſarius omni animali. et duo facit qz primo hoc pbat. ſcđo oñdit q̄ nō eſt ſimile de tactu ⁊ alijs ſenſibz ibi. Alij eñ ſenſus. ¶ Primo ergo pbat q̄ tactus eſt neceſſarius omni aīali. et eſt ratio ſua in brevi iſta neceſſe eſt animalia ſaluari alias eſſent fruſtra. Saluari autē non pñt niſi habeant tactum. Si eñ nō haberent tactū nō ſentirent immutationes factas a tangibilibz ⁊ ſic nō ſentirēt dū corrūperent neceſſe eſt ergo animal habere ſenſum tactus. hoc ē ergo qđ dicit lr̄a. q̄ maximū eſt ex his dicendis q̄ oē animal hz tactum cui9 ratio eſt. quoniā oē ani eſt corpus animatū. omne autē corpus animatū eſt corpus tangibile. corpus autem tangibile eſt corpus quod poteſt ſentiri per tactū. et ideo opz q̄ corpus animalis habeat tactū p quem tactum poſſet diſcernere inter tangibilia corrumpentia et nō corrumpentia. Notandum eſt q̄ duplici via videtur probare phōs q̄ animalia hñt tactū. Prima eſt ex pportione que eſt inter potētiā actiuā ⁊ paſſiuā ⁊ pp hanc viā dicit phūs. q̄ ſi oē corpus eſt tangibile opz q̄ animal habeat tactū. q. d. Si eſt dare tangibile eſt dare tactū alias tangibile eſſet ocioſum. de ratione autem tangibilis eſt q̄ poſſit immutare ergo oportet dare tactum in aīali qui poſſet immutari. Intelligendum tamen q̄ qñ phūs dicit. q̄ omne corpus eſt tangibile intelligit de corpore generabili et corruptibili. Secunda via qua pbat phūs dictum ſuum eſt q̄ animalia nō poſſunt ſaluari ſine tactu. et ē ratio ſua talis. Tangibilia in tangendo habent mutare corpus etiam uſqz ad corruptionem ergo oportet q̄ in corpore animalis ſit tactus p quem diſcernātur cōuenientia a nociuis.

¶ Deinde cum dicit. Alij autē ſenſus. oſtendit q̄ nō eſt ſimile de tactu et alijs ſenſibus. d. q̄ alij ſ̄ſus ſicut olfactus viſus et auditus non ſunt ſicut tactus. hij enim ſenſus ſentiunt per media altera. i. per media que faciūt diſtantiam inter ſenſibilia ⁊ ſenſum pp quā diſtantiā ſenſibilia talia non poſſunt alterare corpus animalis. tactus autem ſentit in tangendo. et ideo tangibile poteſt corrumpere corpus animalis. neceſſe eſt ergo q̄ aīal habeat ſenſum tactus alias non poterit ſaluari a corruptiuis. quia ſine tactu nō poteſt accipere conuenientia et fuge re nociua ¶ Deinde cum dicit. Propter quod et guſtus. Poſtꝙ̃ dictum eſt de tactu concludit de guſtu dicens. ꝙ etiam guſtus eſt neceſſarius animali et hoc quia guſtꝰ eſt quidam tactus ¶ Eſt enim guſtus tactus alimenti id eſt tactus actus quo diſcernitur alimentum. Alimentum autem eſt corpus tangibile. quia ſicut ſumus ex calido et humido frigido ⁊ ſicco. ita ex eiſdē nutrimur. quia ex eiſdem ſumꝰ et nutrimur. et ſic hee qualitates tangibiles faciunt ad alimentum. Sonus autem et color et odor que ſunt obiecta trium ſenſuum ſentiencium per altra media nihil faciunt ad alimentum. quia non alunt nec faciūt augmentum nec decrementum. nichil enim facit ad alimentum ſonꝰ vel color. et ideo viſus et auditus et olfactus non ſunt ſenſus alimenti. nam ſua ſenſibilia nichil faciunt ad hoc. Guſtus autem ſentit in tangēdo. et ideo neceſſe eſt ipſum eſſe quēdam tactum quia eſt reſpectu alicuius tangibilis etiam alimenti. et etiam neceſſe eſt ꝙ ſit ſenſus vegetabilis. i. alimenti per quod animal vegetatur. Patet ergo ꝙ hij duo ſenſus ſunt neceſſarij animali. patet etiam ꝙ animal non poteſt eſſe ſine tactu. ¶ Deinde cum dicit philoſophus in littera. Alij autem. Poſtꝙ̃ oſtēſum eſt ꝙ hij duo ſenſus ſunt neceſſarij animali. Hic oſtenditur ꝙ alij tres ſenſus nō inſunt omnibus animalibus. ſed ſolum quibuſdam que mouentur motu progreſſiuo. ⁊ tria facit. quia primo oſtendit quod dictum eſt. ſecūdo manifeſtat qđ dixit per exemplum ibi. Sicut enim mouens. tercio ex dictis remouet quendam errorem ibi. Unde et de paſſione ¶ Quantum ergo ad primum dicit ꝙ alij tres ſenſus inſunt animali propter bonum ⁊ vtile. non enim inſunt cuicumqꝫ animali: ſed quibuſdam que mouent motu proceſſiuo. ꝙ autem tales ſēſus inſint talibus animalibus patet. neceſſe eſt enim ſi talia animalia que mouentur motu proceſſiuo debeant ſaluari ꝙ non ſolum ſentiant in tangendo ſenſibile quod fit per tactum ſed etiam oportet ꝙ apprehendant ipſum ſenſibile a lōge. que quidem apprehenſio fit per ſenſus qui ſentiunt per medium extrinſecum. fit autem tali modo. quia medium mouetur et patitur a ſenſibili. mediū autem motum mouꝫ ipſum ſenſum Notandum eſt ꝙ intencio philoſophi in hac parte fundatur ſuꝑ duo fundamenta. Quorum primū fundamentū eſt iſtud ꝙ animalia que mouentur ad diſtanciam ideo mouētur ad diſtanciam vt aſſequantur delectabile et conueniens et vt fugiant nociuum et diſconueniens ſue nature. ideo enim natura dedit eis motum ad diſtans vt mediante illo motu poſſent ipſa coniungi delectabilibus et conuenientibus ab eiſdem ſcđm locum diſtantibus et etiā vt poſſint ꝯiung. nutrimētis a quibꝫ ſaluātur nō eñ habent talia aīalia nutrimentū adiunctū ſicut hñt talia immobilia ſed diſtans et ideo indigent motu mediante quo aſſequātur alimentū quod diſtat. Secūdū fundamentū eſt ſuper quo fundatur phūs ꝙ ſi animalia debent moueri ad ꝯueniens quod diſtat optꝫ ꝙ apprehendant illud conueniens a diſtancia et hoc quia motus animalium ſequitur apprehenſionem ¶ Apprehendere autem diſtancia nō pñt niſi ꝑ ſenſus qui apprehendūt a diſtancia et per media que faciūt diſtanciam inter ſenſibilia et ſenſus. tales ergo ſenſus ſunt neceſſarij talibus animalibꝫ ¶ Deinde cum dicit. Sicut enim mouēs. manifeſtat quoddam quod dixit de motu locali Dixit enim ꝙ ſenſibile mouet medium. medium autem motum mouet ſenſum ita ꝙ ſenſibile mouet tātum medium. medium autem mouet et mouetur. ¶ Vltimū enim eſt ſenſus tantum mouetur hoc manifeſtat ꝑ ſimile. In motu locali dicens ꝙ in motu locali mouens ſm̄ locum facit ꝑmutationem vſqꝫ alicubi .i. vſqꝫ ad aliquem locū determinatum. hoc autem facit ꝙ primo mouens depellit alterum .i. ſecundū et ſecundum depulſum iterum depellit tercium et ſic iſte motus eſt per medium ita ꝙ primum depellit tantum ſicut eſt corda vel manus Vltimum autem eſt ſicut lapis vel ſagitta que depellitur tantū. mediū autem eſt ſicut aer vel aqua habet vtrumqꝫ iſtoꝝ depellit eñ et depellitur et ſic media depulſio et depellencia quodāmodo ſunt multa quod poteſt intelligi duobus modis. pͥmo quidem vt media dicātur multa ꝓpter multas raciones quas hñt que raciones ſunt que hñt racionē mobilis ⁊ mouentis vel media dicuntur multa qꝛ inter primū mouens et vltimū mobile ſunt multa media. Sicut autē eſt in motu locali ita eſt in motu alteracionis q̈ alteratione ſenſus mouetur a ſenſibili quia in alteracione tali ſēſibile alterat medium mediū aūt alteratū alterat ſenſum In hoc tñ eſt dr̄a inter talem alterationem et motum localem qꝛ in alteratione manente ſēſibili in eodē loco fit ipſa alteratio quod non eſt in hijs que feruntur in quibus id quod depellitur mutat locum. ¶ Aſſimilatur autem hec alteratio motui figure ſigilli in ceram. ſicut enim ſuperius diximus. Motus enim figure tantum ingreditur in ceram quantum imprimens tangit ceram et ſic cera mota eſt vſqꝫ ad hoc vſqꝫ quo tangit id eſt vſqꝫ ad illum terminum vſqꝫquo peruenit motus tāgentis. ita eſt in alteratione ſenſus medium enim tantum tangit quantum durat motus ſenſibilis quod eſt primum mouens. In lapide autem nichil fit de tali motu. quia nō eſt medium conueniens. ſed aqua vſqꝫquo procul poteſt alterari ¶ Aer autem ad plurimum mouetur quia aer propter ſui raritatem de facili pulſum mouetur et de facili recipit ſpecies ſenſibiliū et tunc agit in ſenſum et patitur a ſenſibili. Si tamē maneat et unus et continuus nō interrupto aliquo ſpiſſo terminato qđ faciat nō eſſe ꝯtinuum inter primū ſenſibile et organum ſenſus. Notā dū eſt ꝙ phūs poſuit ſimilitudinem inter motum que facit figura ſigilli et motum quem facit ſenſibile. ¶ Aduertendū eſt ꝙ duplex ſimilitudo ē inter hoc et illud Prima ſimilitudo eſt ꝙ ſicut cera accipit ſimilitudinē forme exiſtentis in ſigillo ferreo vel aureo ita tamē ꝙ nec eſt ferrū nec aurum quia materia nō diſponitur ſimiliter hic et ibi ſic quilibet ſenſus puta viſus ſolum ſuſcipit ſimilitudinem forme rei ſenſibilis et ſic dicitur ſuſcipere formam ſine materia et de iſta ſimilitudine que eſt inter ceram reſpectu figure ſigilli et ſenſum reſpectu rei ſenſibilis dictum ē in ſecundo. ¶ Alia autem eſt ſimilitudo de qua dicit hic philoſophus ꝙ ſicut figura ſigilli imprimit in cerā ꝫ alterat eam vſqꝫ ad certum terminū ita ſenſibile alterat medium ꝫ ꝑ medium alterat ſenſum et ibi finit ſua alteratio ¶ Deinde cum dicit Unde et de paſſione. Ex dictis remouet dictum quorundam errorem qui poſuerunt ꝙ viſus videt extramittendo qđ quidem ex dictis patet eſſe falſum. dictum eſt enim ꝙ viſibile agit in medium. medium autē agit in viſum ꝫ ſic viſus aliquid recipit videt intus ſuſcipiendo et non extramittendo et hoc eſt illud quod dicit philoſophus. ꝙ ex quo ſenſus patiuntur a ſenſibili melius eſt dicere circa repercuſſiones viſus ꝙ aer patitur a figura q̄diu maneat aer unus et continuus non interrupto aliquo corpore terminato quod contingit quando aer eſt leuis q̄ dicere ꝙ radij egredientes a viſu repatiuntur a ſenſibili ſicut aliqui poſuerunt. ſcđm enim primum modum aer immutatus a colore et figura mouebit iterum viſum et viſus motus videt intus ſuſcipiendo et eſſe ſimile de cera et ſigillo ſi figura ſigilli imprimeretur in cera vſqꝫ ad vltimum terminum eius. ſic enim viſibile imprimit ſpeciem ſuam vſqꝫ ad viſum ¶ Notandum eſt enim ꝙ aer leuis et humid⁹ eſt unus et continuus. cuius ratio eſt quia vna pars aeris fluit in aliam et continuatur ei ex qua continuatione accidit ꝙ fit continua alteratio a ſenſibili vſqꝫ ad ſenſum. Si enim ita eſſet ꝙ medium interciperetur aliquo corpore terminata impediretur continuatio ꝫ etiam alteratio et per ſenſus impediretur ſenſus ꝫc.

Quod autem impoſſibile ſit ſimplex eſſe animalis ſupra fuit dictū in quadam ꝯñia facta in principio lectionis p̄cedentis ꝙ phūs intēdebat duo probare. primum erat ꝙ omne animal habet tactū. ſecundum erat ꝙ tactus nō erat in corpe ſimplici. Ex quo ſequitur ꝙ corp⁹ animalis nō eſt ſimplex ſed mixtum. primū iam eſt probatum in lectiōe p̄cedenti. ſecundū autē debet probari hic. Hic autē ꝓcedit phūs. quia pᵒmo probat quod dixit. ſecundo ꝯcludit ex dictis quaſdā ꝯcluſiones ibi Manifeſtum ergo. Prima in duas qꝛ primo phūs ponit ꝯcluſionē intentam. ſecūdo ꝓbat illud ex quo ſequitur ꝯcluſio intenta ibi. Omniū enī tangibiliū. Ponit ergo primo ꝯñam intentam ⁊ eſt illa de qua dictū eſt in lectione p̄cedenti que talis eſt. corpus animalis nō eſt ſine tactu et hoc probatū eſt. ſed tactus nō eſt in corpe ſimplici ſed mixto ergo oportet ꝙ corpus animalis nō ſit corpus ſimplex. hoc eſt ergo qđ dicit lr̄a. ꝙ manifeſtū eſt eſſe impoſſibile ꝙ corpus animalis ſit ſimplex puta igneum aut aereum cuius ratio eſt quia ſine tactu non contingit eſſe aliquē ſenſum animaliū. et hoc qꝛ animal om̄e tactiuū eſt. i. hꝫ ſenſum tactus qui quidem ſēſus tactus dr̄t ab alijs ſēſibꝫ qꝛ alij ſēſus faciūt ſēſum ſentire ꝑ altꝝ. tact⁹ āt ſentit in tangēdo licet autē alij ſēſus quodā mō ſentiāt in tangēdo tm̄ iſte tactus nō eſt immediate ſed eſt ꝑ altera. i. eſt ꝑ media. Solus autē tactus ſentit ꝑ ſeipm̄ in tangendo et ideo nullum huiuſmōdi elementoꝝ. i. corporum ſimpliciū nec corpus omino terreū. i. quod multū appropinquat ad terreſtreitatem poterit eſſe corpus animalis quia tactus nō eſt in tali corpore. Notandū eſt ꝙ duas dr̄as videtur innuere phūs inter tactum et alios ſēſus. Prima dr̄a eſt ꝙ aial nō eſt ſine tactu. Animal aūt p̄t eē ſine alijs ſenſibꝫ et hāc dr̄am ꝯſiderans phūs dixit in lr̄a ꝙ om̄e aial eſt tactiuū. Secunda dr̄a eſt ꝙ tactus et guſtus quia eſt quidam tactus ſentit in tangendo et ideo recte vocatur tactus mediū autē ipſi⁹ tactus eſt caro. quia eſt medium adunatū et eſt corpus mixtū. Alij autem ſēſus ſentiunt per altera media que ſunt corpora ſimplicia puta aer et aqua. et ideo non ſentiunt in tangendo niſi mediate eo modo quo dicimus ꝙ viſibile tangit medium et medium tactū tangit viſum et hanc differenciam dedit philoſophus intelligere in lr̄a quando dicitur ꝙ tactus dicitur a tangendo. Alij autē ſenſus qui ſentiunt per altera nō dicuntur eſſe tactus.

¶ Deinde cum philoſophus dicit in lr̄a. Quoniam tangibilium ⁊c̄. ibi ip̄e probat propoſitionem iſtam ſuper qua fundabatur conſequencia ſua. Eſt autē iſta propoſitio ꝙ tactus non eſt in in corpore ſimplici. ¶ Arguebat enim ſic philoſophus tactus non eſt ī corpore ſimplici ergo corpus animalis non eſt ſimplex. hanc autem ꝓpoſitionem probat ſic philoſophus. Tactus eſt medietas tangibiliū ſꝫ medietas tangibiliū non eſt in corpore ſimplici et hoc eſt quod dicit littera ꝙ tactus eſt ſicut quedam medietas omniū tangibilium eſt enim tactus quidem ſenſus ſuſceptiuus omnium differentiaꝝ tangibilium non ſolum differentiaꝝ terre ſed etiam aliorum elementorum puta calidi ⁊ frigidi. talis autem medietas que eſt in tactu non eſt in corpore ſimplici nec in aliquo corpore qđ multum appropinquat ad corpus ſimplex puta ad terreſtreitatem ⁊ ideo oſſibus et capillis non ſentimus. qꝛ tales partes multum terree ſunt. plante etiam nullum ſenſum habēt quia propter appropinquationē ad terreſtreitatem non habent tactum ſi autem nō habent tactū nō habent aliquem alium ſenſum cum nullus ſenſus poſſet eſſe ſine tactu. Notandum eſt ꝙ organum tactus ſe habꝫ ad tangibilia ſicut medium ad extrema. In tangibilibꝫ eñi ſunt qualitates tangibiles ſm̄ extremitates ſuas et ſm̄ ſuas excellentias In organo autem tactus ſunt reducte ad quoddam medium et ad quandam equalitatem. et quia tale medium et talis proportio media non eſt in corporibus ſimplicibus nec in hijs que multum appropinquant ad ea ideo bene concludit philoſophus ꝙ tactus non eſt in talibus corporibꝰ

¶ Deinde cum dicit philoſophus in littera. Manifeſtum igitur eſt Ex dictis ↄcludit philoſophꝰ quaſdam concluſiones ex quibus concluſionibus oſtenditur differentia inter tactum et alios ſenſus. Sunt autē hec concluſiones tres. ſecunda ibi. Et propter hoc hec. tertia ibi. Alios autem ſenſus ¶ Ad euidentiam autē prime concluſionis notandum eſt ꝙ differentia eſt inter tactum ⁊ alios ſenſus eſt ꝙ tactus nō eſt tantum ſenſus ſed eſt quaſi forma ↄſtituens animal eſſentialiter. Alij autē ſenſus nō ſic cum animal poſſet eſſe ſine alijs ſenſibꝫ. Ex hac differentia ſequitur ꝙ perempto tactu perimitur animal. ꝑemptis autem alijs ſenſibus non perimitur animal. ⁊ hanc differentiam conſiderās philoſophꝰ in littera concludit ſic dicens. Manifeſtum eſt ꝙ neceſſe eſt animalia mori que ſunt priuata hoc ſolo ſenſu ſcilicet tactu non enim eſt poſſibile ꝙ id quod non eſt animal habeat tactum. nec enim eſt neceſſe ꝙ animalia habeant aliquem ſenſum alium preter tactum. ita ꝙ tactus conuertitur cum animali. quia ſi eſt animal habet tactum. et ſi habet tactum eſt animal. ¶ Notandum eſt enim ꝙ philoſophus in littera dicit ꝙ ſolus tactus eſt neceſſarius animali. ex quo concludit ꝙ tactus conuertitur cum animali. Superius etiam dictū eſt ꝑ philoſophū ꝙ guſtus eſt neceſſarius animali ⁊ ſic videtur contradicere ſibipſi. Ad hu⁹ autē contradictionis remotionē declarande ſunt due veritates. Prima veritas eſt ꝙ tactus eſt fundamentū guſtus. Ymaginabimur enī ꝙ ſuo mō ꝓporcio eſt inter eoꝝ obā. obīm autē ipīus tactus qđ obīm eſt qualitas tangibilis puta humidū eſt obiecti fundamentū guſtus qđ eſt ſapor qꝛ ſapor fundatur in humido. Sicut autē obiectū tact⁹ eſt obiecti fūdamentū guſtus. ita tactus eſt fundamentū guſtus. licet autē tactus ſit fundamentū guſtus tn̄ hoc nō ē in omni pte corporis ſed ſolū in illa q̄ ſumit cibū et ſic guſtus nō fundat̄ i toto tactu ſed quaſi in quodā ⁊ ideo vocatur quidā tactus. Secūda veritas eſt ꝙ guſtus ꝑm ꝙ tactus ē neceſſarius omni animali. qꝛ oīe animal delectatur in cibo alias ſaluari nō poſſet. Guſtus autē inquātū eſt diſtinctus a tactu ⁊ inquātū habet delectaciones ꝓprias nō eſt neceſſarius in omni animali. Eſt enī aduertendū ꝙ ſunt quedā delectationes q̄ ſunt in guſtu inquātū eſt tactus et hec ſunt neceſſarie omni animali. Alie ſunt que ſunt guſtus ꝑm ſe ⁊ has nō hꝫ oīe animal ¶ Deinde cū dicit. Et ꝓpter hoc quidem Ponit ſecundā concluſionē que oſtendit ſecundā dr̄am inter tactum et alios ſenſus. ¶ Ad cui⁹ euidenciā notandū eſt ꝙ hec eſt dr̄a inter alios ſenſus ⁊ tactū qꝛ excellencia alioꝝ ſenſibiliū corrumpūt ſenſus ſicut excellens fulgidū corrumpit viſum. licet autē hec ſenſibilia corrumpāt ſenſum nō tn̄ corrumpūt animal. cui⁹ ratio manifeſta eſt qꝛ excellens tangibile corrumpit tactū ſed animal nō pt eſſe ſine tactu ergo excellens tangibile corrumpit animal. Hāc differenciā videns phūs ponit hanc ſecundā concluſionē in qua concluſiōe p̄mo ponit quid eſt ꝓpriū excellēcijs alioꝝ ſenſibiliū a ſenſibili tactus. ſecūdo ponit quid eſt ꝓpriū excellencijs tangibiliū ibi. Tangibiliū autem

¶ Quantū ad primū dt in lr̄a. ꝙ ꝓpter dicta ſequit̄ ꝙ alia ſenſibilia ſicut color odor et ſonus in ſuis excellencijs nō corrumpūt animal ſed ſolū corrumpūt ſenſum. et bene dico ꝙ nō corrumpūt niſi forte ꝑm accidens ſicut ſon⁹ accidentaliter dr corrumpe aial qn̄ cū ſono fit expulſio et ictus aeris ex quo ictu percuſſa aialia aliqn̄ moriūtur. ſicut pꝫ in tonitruo. A viſu eciā ꝑ accn̄s moriūtur aialia inquātū ea que videntur inficiūt aera ſicut pꝫ in quibuſdā aialibꝫ venenoſis. Et qđ dcm̄ ē de ſono ⁊ viſibili dicendū eſt de odore et ſapore. Odores enī inficiētes aerem ⁊ conuertētes ad veneni naturā corrūpūt nō in eo ꝙ odores. ſed in eo ꝙ aer venenoſus ad interiora tāgendo ingredit̄ ꝑ poros occultos et ſic pꝫ ꝙ aialia mouēt̄ ab odore ⁊ moriūtur ⁊ ſic odores corrūpūt in agēdo ⁊ ſapores ſic interficiūt non in eo ꝙ ſaporibꝫ adiūgitur qualitas que cōſequitur calorem excedentem vel frigiditatē. ⁊ ſic humor corrūpit tangēdo ſicut caliditas excedēs vel frigiditas cū qua iūgit' accidit eīm ſapori eē tactiuū. ¶ Deīn cū dt. Tangibiliū aūt. oñdit ꝙ excellēcia tangibiliū nō ſolū corrūpit ſ̄ſum ſed etiā aial dicēs ꝙ excellēcia tāgibiliū puta calidoꝝ ⁊ frigidoꝝ duroꝝ corrūpit aial. cui⁹ rō eſt qꝛ vt dictū ē excellencia oīs ſ̄ſibilis corrūpit ſ̄ſum ergo excellencia tangibilis corrūpit tactū ꝑ hoc ſcꝫ tactū determinatum eſt aial viuere. i. determinata ē vita aialis. monſtratū eſt eīm ꝙ īpoſſibile eſt eē aial ſine tactu. Ex quo ſequit' ꝙ ſi excellēcia tangibiliū corrūpit ſ̄ſum tact⁹ ꝙ etiā corrumpat aial qꝛ aial ⁊ tact⁹ ꝯuertūtur cui⁹ ꝯuerſionis cā eſt. qꝛ neceſſe ipm̄ animal ſolū hūc ſ̄ſum habere ita ꝙ poſito animali ponit' hic ſ̄ſus ⁊ ecōūſo. ¶ Deīn cū dt. Alios autē ſ̄ſus ponit terciā ꝯcluſionē que oñdit terciā dr̄am inter tactū ⁊ alios ſenſus Eſt aūt hec dr̄a qꝛ tactus eſt de neceſſitate aialis. Alij aūt ſ̄ſus ſunt ꝓpter bene eſſe ⁊ hāc dr̄am videns phūs dt in lr̄a. ꝙ ſicut dcm̄ eſt aial hꝫ alios ſ̄ſus a tactu nō ꝓpter eē ſꝫ ꝓpter bene eē hꝫ eīm viſum vt videat in aere ⁊ in aqua ⁊ in omni diaphono ea q̄ ſunt ꝓcul vt ꝑ hoc eminēcius apphēdat ꝑ potenciā viſiuā ꝯueniēs in nocuū. hꝫ eīm guſtū vt ꝑ guſtū diſcernat triſte ⁊ delectabile in alimento vt ſic diſcernēs ꝯcupiſcat et moueatur. q. d. phūs aial hꝫ guſtū ſ̄m quē guſtū diſtinguit' a tactu ꝑ quem guſtū diſcernit' dulce et amaꝝ in aliquo vt ſic diſcernēs magis ꝯcupiſcat alimentū. Et ꝙ dictū eſt de guſtu intelligēdū eſt de odoratu qꝛ ꝑ odorē trahitur aimal a remotis ꝑtibꝫ ad alimentū. hꝫ etiā animal auditū vt ꝑ ipm̄ auditū aliquid ſignificetur ſibi. neceſſariū eſt eīm vt ꝯceptiones vni⁹ aialis ſignificētur altri vt vnū aial iuuetur ex alio. hꝫ etiā aial linguā ꝓpter bene eē ꝑ quā linguā ſignificet aliq̇d altri et hoc mō aialia multas hñt operationes et virtutes ad bene eſſe determinatas

¶ Explicit ſentenciosa atqꝫ ſtudio
digna expoſitio venerabilis Alexan
dri ſup terciū libꝝ de anima. Im
preſſum ꝑ me Theodericū rood de
Colonia in alma vniūſitate Oxoñ.
Anno incarnacōnis dñice. M. cccc.
lxxxi. xi. die menſis Octobris.